



Hug. Grotii Batavi Syntagma Arateorum : opus poeticae et astronomiae studiosis utilissimum

<https://hdl.handle.net/1874/214864>

HUGELIANI GROTII
NOTAE
AD
GERMANICI
PHENOMENA.

IN hoc auctore quâ viâ, quo modo egerimus, neque tibi, M I L E C T O R, inutile erit audire, neque mihi dicere tædiosum. Germanicus duo opuscula scripsit ad rem Astronomicam pertinentia, Phænomena Aratea, & Prognostica, non illa quidem ex Arateis Diotemeis tralata, vt sunt Ciceronis, & Auieni, sed alterius generis: in quo libro, meo iudicio, signorum Zodiaci relationem ad Planetas, & quid quodlibet sidus in quoque dodecatemorio operetur, explicuit. Prius opusculum, interpretatio est Arati fermè ἡ πρόφασις: nisi Proœmium de suo præiunxisset, & fabulas Arato intactas leuiter, non vt Auienus ex professo, attigisset. Exempli causâ sufficiant, illud quod de Arctophylace habes:

Sine ille Arctophylax, seu Bacchi ob munera casus

Icarus ereptam pensauit sidere vitam.

Et illud de Heniocho:

— sine Atchido terrâ

Natus Erichthonius, qui primus sub iuga duxit

Quadrupedes, seu Myrtoas demersus in undas Myrtilus.

Quibus similia in aliis fermè singulis inuenias. Accedit tertium, quod similiter versionem hanc non esse ἡ πρόφασις persuadeat: quod videlicet, vbi Aratus obiter de re nondum tractatâ aliquid immiscet, ipse ordinem secutus, hoc ipsum in commodiorem locum transtulerit: quod alius non animaduertens dicat fortè versus transponendos. Exemplum dabo illud: Postquam de Thuribuli signis locutus est Aratus, subiungit:

*Εἰ δὲ τις ἰσχυρὸς μὲν ἀλλὰ καὶ ἀπειρὸς ἀπὸν
ὄψιν, ὅταν ἀερίων:*

& quæ sequuntur. Germanicus illud postquam de Centauri sidere locutus est explicat, his versibus:

*Hic humero mediū scindens iter atheris aëti,
Si tenuem traxit nubem, stella sc̄q̄ recondit
Toro clarus equo, veniente in nuntius Euros.
Similia aliqua eὖ τοῖς ἀνωτέρω ἔργῳ αὐ-*

ἀνωτέρω inuenies: nam cùm Aratus, verbi gratiâ, dicit, de signo aliquo loquens, sidus aliquod dimidium sub illo signo oriri, dimidium sub sequenti, Germanicus dimidium illud iis quæ cum sequenti oriuntur inseret, cuius rei exempla satis multa inuenies. Præterea aliquoties Aratum ipsum ex aliorum Astronomorum disciplinâ correxit, vt cum Aratus dextro pede Nixi ait Draconem premi, ipse læuum posuit, & vbi Aratus humanas Chironis partes ait esse sub Scorpio, equinas sub Chelis, ille melius sub Virgine equinas, sub Chelis humanas collocat, quod nos satis feliciter obseruauimus. Hæc si excipias, pauca ad modum inuenias in quibus Germanicus plus aliquid minùsve aut aliud quàm Aratus dicat. Nunc ad alterum opusculum veniamus, quod cum ex Arato non transtulisse diximus, ex aliis Astronomis Græcis desumpsisse non negauerimus. In eo Planetarum naturam, & Signorum Zodiaci, & eorum inter se relationem, & coniunctas vires complexus est. Hoc opus indicat cùm ait in fine primæ partis Phænomenôn (sunt enim omninò tres de astris, de circulis, de coorientibus, & cooccidentibus.)

Hoc opus arcanis se credam postmodo Mustis,

Tempus, & ipse labor, patiatur fata, docebit.

Ad Planetarum naturam pertinet illud:

*Hæc rapitur Phœbe, per idē Cythereus ignis,
& quæ sequuntur. Illud verò præcipuè:*

— torpere videntur.

Omnia Saturno: raro ille exprimit ignos

Et secas hyemos adstrictū perficit vndis.

Ad signorum naturam Fragmentū illud, quod

Grædine permixtus Aries, niuibusc̄q̄ caducis.

Relationem indicat illis versibus:

Hæc vt quisque Deus possedit numine signa

Adiungit proprias vires.

Et in Fragmento illo, quod incipit: *Æsberium venit thalamum super explicatas videmus Veneris & Mercurij per quælibet signa, cùm in ortu, tum in occasu, effectus & operationes.* Hactenus de Auctore quem optimum Poëtam fuisse optimo Poëtâ, Ouidio nempe, teste satis constat

constat: & res ipsa, ne quid eius auribus datum ab Ouidio putemus, satis probat. Ad exscriptores & exemplaria veniamus, & vna quid nos in eo præstiterimus, quem ordinem, & modum in textu Notisq̄ue secuti simus breviter explicemus. Exscriptores nactus est imperitissimos, adeo vt vix putem alium quempiam tam miserè exceptum. Rationem quaeris? Nulli fermè alij fuit vsui, nisi vt imaginibus caelestibus depictis carmina illius, quod in alijs quoque picturis vsitatum, ad explicationem subseruirent, quæ etiam causa est cur hætenus primâ tantum parte Phænomenon fuerit editus. Idem etiam occasionem quibuslibet præstitit pro suo cerebro eum immutandi, muti-landi, augendi: multum enim maiestatis & reuerentiæ opusculo diuino detritum est, cum mantissæ loco imaginibus illis accederet. Itaq̄. verum de Germanico, quod & de Arato ait Leontius: *Ἐπιγεγὼς ἴδρι ἐν εἰδὸν Ἐρωφίαν ἐκλεπτε, ἦ βιβλιογράφων. Ἀεφ' ἔν ᾧ δύο, βιβλιογράφων τε, ἔλωγράφων.* Hoc est: *Homero soli exscriptorum nocet librarij, Arato librarij, & pictores.* Eadem fortuna Germanici apud Latinos, quæ Arati, apud Græcos. Videas vulgaram editionem quæ quadruplex, Aldina, Basilicensis, Morelliana, & Sanctandreaana, inter quas omnes minima est differentia, Dij boni! quos in eâ versus omitti, quot carmina ita miserè detorta vt nullum maneat veritatis vestigium! Omissionis causa, quod paucos, nullâ sæpè sententiâ, versus deligerent imaginibus ascribendos: detortionis, pictorum imperitia, & operis ipsius contemptus, quia iam in vulgum abierat. Videas Manuscriptum, quem à viro Nob. Iac. Susio profectum, eiusdem hæretibus, nec non generoso, & eruditissimo viro D. Iano Doussæ, cuius operâ liber ille ad me peruenit, acceptum fero, miraberis quidem antiquitatem, sed ridebis turpissimos errores, imò sæpè tales, in quibus soluendis non parum laborabis. Scriptus ille non literâ rotundâ Monachis vsitata, quâ codices alij Manuscripti minimè antiquitatis sunt exarati; non Longobardica, qua alij mediæ vetustatis; sed literâ Romana, quam Capitalet vocant, multorum sæculorum præfert aucteritatem. Scripti in eo sunt versus non coniunctim, sed dispersim, & ita vt singulis paginis, æterni fermè, aut quini tantum inscriberentur: quæ fuit occasio, vt postea, cum iam vsus & cognitio literarum quadratarum exoleuisset, alius quispiam spatio vacante eisdem versus nulla mutatione literis Monachalibus descripserit. Hic etiam continua series imaginum intertextu disrupta traiectioni locum dedit, quam in Notis nostris indicabimus. Imò etiam cum in Geminis & Cancro fabula deesset, homines insulsi, eam ex Auieno emendicatam Germa-

nico inseruerunt, ne quid deesset ad extremam demeritiam. Ita illi dum imaginibus suis consulunt, auctorem conseruauerunt quidem, sed ita perdididerunt vt sui similis non esset. Nos itaque ex editionibus vulgatis, & Manuscripto vnam concinnantes editionem, in singulis versibus eam lectionem secuti sumus quæ verior & commodior visa: aliquando cum neutra vera esset, alterutram elegimus; in Notis nostris lectionis veritatem, aut ex vtriusque commistione, aut ex nostro iudicio prolaturi. Versus superfluos rescuimus, eos qui deessent substitimus, sed non ea tamen audaciâ, vt nobis in omnibus credi postulemus. quare in Notas nostras omnem lectionum varietatem retulimus: eadem quæ de causa emendationes nullas, aut paucissimas easque certissimas in textum retulimus, sed ad Notas referuimus: quarum aliqua si multum discedere videbunt à lectione Manuscripti aut editi libri, considera collatis exemplaribus, quantum sæpè Manuscripti lectio à vulgata distet, quo facto videbis, quod ego video, longissimè exscriptores à vera lectione discessisse. Itaque non hæc culpa mihi assignanda, sed fungis illis qui nulla reuerentia auctorem hunc ita mutilauerunt. Duro nodo duras cuneus; quanquam ille reuera nõ durus, sed salutaris. Scholasten illum qui Germanici appellatur, cum nihil, fermè ad Germanicum faciat, & quamuis faceret ordinem & seriem continuam interrumpet, omisit. Imagines ex Manuscripti fide excudi fecimus, ad quas Notas etiam conscripsimus, quas infra reperies. Nunc ad Germanicum ipsum veniamus.

p. 1. Ab Ioue.] Malim hoc pacto distingui:

Ab Ioue principium magno deduxit Aratus:

Carminis ut nobis genitor, tu maximus auctor.

Vt sit auctor carminis, is cuius iussu & auspiciis carmen conscribitur, vt auctorem belli & concordia dicimus.

Genitor.] Augustum sine dubio innuit, vt liquet ex eo quod sequitur:

Pax tua, tuq̄, ad sis nato, numenq̄, secundes.

Quem & ipsa alloquitur:

Hic Auguste tuum genitum ali fidere nomen

Attonitas inter gentes patriamq̄, parentem,

In calum tulit, & maternis reddidit astris.

Erat Germanicus Drusi Claudij, qui Augusti priuignus erat, filius: Ipostea à Tiberio patruo adoptatus Augusto Tiberium adoptante factus est Augusti nepos. Testantur hoc Suetonius, & Tacitus, & discretè Tribonianus in Institut. Tit. De adoptionibus. Itaque improprie se natum nominat, Augustum genitorem, cum esset hic, anis, ille nepos per adoptionem. Ad se respexit isto Epiphonemate Germanicus:

— Prodest maiestas sæpe parentis.

Quantū etenim.] Versus hosce imitatur Auic

CHR

Cur Hyperionios Nepa circumflecteret ignes
Autumni reditu: cur sub gelido Capricorno
Bruma pruinosi iuga cristia solueret anni:
Cur spatium lucis madida cum tempore noctis
Libra, celerq; Aries dimenso pondere Olympi
Equarent.

Vides utroque loco Astronomiam ex Solstitiis
& æquinoctiis describi: & alibi quoque ostendemus
Auienum Arato intacta ex Germanico desumpsisse.

Cultoriq; daret terras.] Arma habet Manuscriptus:
Arua vulgati. Puto legendum, & distinguendum:

Si non parva quies te Præsida puppibus æquor

Cultoriq; daret terras? procul arua silerent.

Coniunge præcedentia. Sensus est, Quid possent
(Manuscriptus enim possent non possint, habet)
solstitiorum & æquinoctiorum cognitiones, nisi Pax te auctore data concederet navis
mare & terram colonis tuto vsurpandam? Sanè arua
squallerent: hoc enim est silere Poëtis. Coniungit
navas & colonos, quorum utrorumque visibus
inferuit Astronomia. Hinc Aratus stellas alias facit
Neptuni, alias Iouis, quod nos explicauimus. Et
apertissime ad rem coniungit, quia ante Augustum non
tantum terra militibus vastabatur, sed & mare Piratis
obsidebatur.

Nunc uacat.] Ita MS. Pessimè editi libri:

Nunc vocat nudaces in calum tollere vultus:

Imitatur Auienus:

Iam placet in superum visus sustollere calum.

Sequens versus ita conceptus in vulgatis:

Sideraq; & varios cali cognoscere motus.

Varios motus appellat cælorum & siderum: de quibus ipse alibi:

Omnibus his gemini motus, quorum alter ab ipsis

Nascitur, & proprios ostendit sidere visus:

Tunc mundū subeunt lento pede: cœlitus alter

Inuitos rapit, & cali circumrotat orbem.

Navita quid caueat.] Hæc ita in vulgatis:

Navita quid caueat, quid doctus vitet arator.

Nos Manuscripti lectionem sequimur.

Hæc ego dum letis.] Ita vulgati: MS. latius.

Lego Latius. Nihil verius. Cogor quod in editis legitur, nullius est pretij.

Pax tua.] Benè: quia supra dixit parva quies te præside: Et alia est ratio, quia Augustus Paci templum dedicauit, quod monuit Scaliger. Quidius in fine Fastorum primi:

Ipsam nos carmen Pacis deduxit ad Aras.

Cætera qua roto.] Ita Tullius:

Cætera labuntur tacito cælestia motu.

Et melius Cicero: est enim Axis, de quo postea sermo inter cælestia, non inter sidera.

Axis at immotus.] Malè in primis editionibus: Axis stat motus.

Libratasq; tenet.] Manilius:

Libratumq; gerit diverso cardine mundum.

Orbem agit extremum.] Distinguo.

— & cardine firmo

Orbem agit: extremum geminus determinat axem.

Quæ Graij dixerunt Polum:

Orbem agit dicit, quia legit apud Aratum aliter quam nos:

— πει δ' ἔργων κούρον ἀγνεί.

Pars mersa sub undas.] Malè MS, quo mersa: nam sequitur:

Pars celsa sub horrifero Aquilone.

Partem Poli dixit pro altero Polo: vt & Auienus.

— Oceano pars

Sublime erigitur: subit altera mersa sub undas

Pars Erebum:

Neque aliter Cicero in Deltoto dixerit tertiam partem lateris pro tertio latere. Et si Philosophacæ loquimur, species aliquatenus pars est generis, & τὸ ἄλλο Species. Polus Arcticus, & Antarcticus sub Polo comprehenduntur, vt primum, secundum, tertium lateris, sub latere.

— Sine Arctici.] Arcticæ MS. Græco more.

Sic infra:

Oceani tumidis ignota fluctibus Arcticæ.

Hos duos versus elegantissime imitatur Auienus.

Contemplare sacras vt mundus subiicit Arcticas,

Sic astrū dici Cnydius dedit: Ausone easdem

Voce ferat, Vrsasq; & Plaustra vocare sole-

mus:

Fabula namq; Vrsas, species dat Plaustra videri.

Plaustrum vel facies.] Ita editi MS.

Plaustra, quæq; facies stellarū proxima vero.

Lege:

Plaustrā ve, qua f. st. pr. vero.

Confer cum Festo Auieno.

Tres temone.] Distingue:

Tres temone, rotisq; micant sublimè quaternæ.

Caput alterius.] Malè MS, vterius, vt & infra Declinus pro Declines cui simile: Serpente decline caput: & axis pro orbis non malè.

Veteris si gratia forma.] Ita vulgati MS, veteris sic gratia fama. Lego: veteris si gratia fama, si enim dicitur Aratus.

Donauit.] MS. Donabit. Notus error.

Viderunt Iouis.] Hic versus malè deest Manuscripto.

Dicitur existunt.] Nullus sensus. MS. Dicitur texere Datis. Lege mecum.

Dicitur texere Atydis famulis Corybantes.

Et rem habebis. Nemo nescit Corybantes Atydis, & Deum matris esse ministros.

Septem quam Cresia flammis.] Malè vulgati quæ. Primam ferè omnium stellarum Helicen oriri, Aratus eiusque interpretes satis testantur.

Abrupti fluminis instar.] Expressit Arateum illud οἷν ποταμὸν ἀρπύγγε. Non potuisset magis ad verbum. Nam & locos ἀρπύγγας abruptos vocamus. Ego puto ποταμὸν ἀρπύγγα esse aquæ derivationem, cui optimè Serpentis flexus comparantur. Hesych. ἀρπύγγε, ἡ ἰσχυρὸν. Lege ἀρπύγγε. Auienus :

Cem circumflexo sinuantur flumina lapsu.
Non satis aptè Cicero :

— rapido cum gurgite flumen.

Volumina torquet.] Versat non malè MS. Tu elige.

Superatq; illas.] suprâ. Credo superâ scriptum, vt solet scribere Cicero. Mirabile monstrum dixit, vt Aratus μέγα θύμω.

Caudâ Helicen supra.] Hæc ita in MS. leguntur : nos distinximus. Pessimè in vulgatis :

Caudâ Helicen superat, tendit simul ad Cynosuram.

Malè Manuscriptus altero versu quàm pro quâ, qui error non rarus.

Serpentis: Cynosura.] Lege cum Manuscripto, distingue mecum :

— flexa comprehenditur alio

Serpentis Cynosura: ille explicat amplius orbes,
Aratus: ἀρπύγγε δ' ἐὼς κυνοσούρας καὶ ἕχιδνα.

Tempus dexterius.] Tribus his versibus vulgatam secuti sumus, nisi quod in secundo ob versum lucetq; pro lucet cum M. S. posuimus, qui pro dexterius qua, refert dexteriq;. Habes variationem. Ego legendum puto :

Tempus dexterius qua signat stella Draconis,
Quaq; sedet motum, luxere nouissima cauda.
Extremum quâ Helices sidus micat, hæc radiatur

Serpentis decline caput, qua proxima signa,
&c. Aratus:

Λοξὴν δ' ἐπὶ κάρην, ἡ δὲ οὐδὲ τὴν ἄρκτου ἰσχυρὸν
ἄρκτου ἐπὶ ἰδίου ἐπὶ μέγα δ' ἐπὶ κατ' ἰδὸν
καὶ ἕχιδνα. καὶ ἀρπύγγε οὐδὲ δὲ τὴν ἰσχυρὸν ἕχιδνα.

Quarto versu malè vulgata qua habet : malè MS. utque quod ob repetitionem præcedentium literarum accidit. Ego qua restitui ἡ καὶ ἄρκτου. Est enim altera capitis designatio, ex Arctico circulo. Sed non videtur Arati mentem rectè cepisse: nisi dicamus Vrsas pro Arctico circulo describi, & inde proxima signa occasus ortusque dici, quemadmodum multi apud Homerum, qui solas Arctos immunes ait Oceani, Circulum intelligunt : Nam quæcunque in Arctico sunt circulo nunquam occidunt. est enim μέγεθ' ἡ ἀειφωτῶν, vt ad Aratum docuimus. Interea non possum abstinere quin Isidori locum de hoc circulo ab hoc loco non alienum mendo purgem. Est is locus Titulo de Mundo capite sexto, temerè in Mathematicis capite 43 repetitus: Quorum primus circulus idèò Arcticus appellatur, quod inter eum

Arcturi signa inclusa præspiciuntur. Legendum est arctorum signa. Geminus locus ille Martiani : qui septentrionalis circulus perhibetur, ex eo quod cum cæteris qua promentur, etiam gemina sidera Septentrionis includat.

Ab ore.] Dubito an non orbe legendum. Nam quid hoc est, Serpentis os ibi est, vbi Vrsæ ab ore tanguntur.

In occiduis.] L. innociduis ἀδύβις.

Haud procul.] Versus hi quinque de Nixæ loquentes malè desiderantur in Manuscripto, in quo etiam ordine perturbato Draconem sequitur Arctophylax, Arctophylacem Corona, Coronam Ophiuchus, Ophiuchum Virgo.

Vestigia saua.] saua scripsit Germanicus. Sed quia Critici prioris sæculi Aratum viderunt pedem dextrum exprimerè, quem sequitur Auienus, locum hunc mutauerunt. Sed debuerant saltem Hyginum consulere, qui discretis verbis ait læuo pede caput Draconis opprimi: debuerant ipsum situm consulere, qui satis indicat Nixum dextro pede, sinistro capiti Draconis instare. Ipse Scholiastes fatetur lauuu poni debuisse, sed ait, vt Aratum excuset τὸ

διεπιτρεῖ ad δρᾶσις referendum, vt sit διεπιτρεῖ δρᾶσις, pro βορειοτέρη. Sed non persuadet Notæ nobis nugæ Scholiastarum, qui nunquam fateri volunt auctorem suum errasse, hoc est hominem esse. Itaque sententias eius mordicus retinent, neque vnquam patiuntur veritatem authoritati præferri. Sed ipse Germanicus nonne satis cauit hæc de dextro intelligi, cum præiunxit Dextro nanque genu Nixus. Constat enim alterum esse pedem quo nititur, quàm quo verticem Serpentis premit. Itaque restituenda hîc Germanici lectio vetus & vera, etiam si contrâ Arati mentem, à qua discedere Germanico non tam stricta religio, vt & infra docebimus. Cùm hac de re cum parente meo Iano Grotio fabularer, putauit vetus esse in Arato mendum, & versum vnum aut alterum deesse. Itaque hosce versus mihi imaginatus sum, non tam quod reuera eos putem deesse, quàm ne Aratum omnino à nobis indefensum relinquere mus. Ergo ita restituendū propono :

— Μίση δ' ἐφύαζε καρλίω

Διεπιτρεῖ ποδὸς ἄκρον ἕχιδνα μέγιστο βοώτα,
Βυκίνοιο πίλις. μίση δ' ἐφύαζε καρλίω
Λαιότερῃ ποδὸς ἄκρον ἕχιδνα σολισίω δρᾶσις.

Et videri possit ex vocum similitudine natus error: & verum est pedem dextrum quo nititur attingere caput Arctophylacis, & baculum, sive καλὸν ἕχιδνα. Sed hæc nostra somnia.

Clara Ariadnao.] Vulgati.

Clara Ariadnaa propius stant signa corona.
Manilius:

Clara Ariadnaa fulgent monumenta corona-
Terga nitens.] Vulgati.

Terga.

Terga nitet stellis à quo se vertice tollit.
 Versum sequentem ita exprimit Basileensis.

Succiduis genibus lapsus, & miserabile.
 Vides deficere vocem ultimam. eius loco posteriores editiones monstrum habent. Egregios verò homines, qui quod deest in auctoribus fuopte ingenio suppleant, & pro genuinis venditant. Et quanam ratio est cur Engonasi monstrum vocetur. Vera itaque Manuscripti lectio, quam nos secuti sumus. Quod si mihi credas, imò ipsi Arato, hos versus ita restitues, committis lectionibus:

Clara Ariadnea qua stãt sacra signa Corona,
(Hunc ille Bacchus thalami memor addit honorem.)

Terga nitent stellis: at qua se vertice tollit,
Succiduis genibus lapsus, & miserabile fidus,
Hæc Ophiuchus erit.

Coniungenda hæc cum superioribus, ubi de Nixo locutus est. Inuenies illa Aratea:

Νάτα μὲν εἶφω σπῆλαι, κεφαλῆ γέ μ' ἄρα η,
Συία το πᾶς κεφαλῆ ὀφίχου.

Omnino desideratur illa Parenthesis, & notandum est Germanicum dicere illi, tanquam si non Ariadneam coronam, sed Ariadnæ dixisset, *ἡστ' ἰσθμωπίας*, Germanum est illud Quidij:

Denique Casareo, quod non desiderat ipse,
Non caret è nostris ullus honore liber.

Caput ante nitendo.] MS. notabilis refert sed versus non patitur. Lege:

————— longè caput antè notabis,

Et vastos humeros.

Notabis ἐπιφροσύνη Arat.
 Illis languet honos.] Ita MS. Vulgati.
 Illis languet honos humeris, manus integer ardor.

Distingue hoc modo, & lege:
 Illis languet honos: humeris manet integer ardor,

Luna etiam pleno m. c. d. o.
 Illis nempe membris.

Luna etiam.] ita MS. nisi quod pro mensera habeat mensa. Vulgati transpositis vocibus:

Luna etiam mensera cum pleno diuidit orbe.
 Nouem versibus sequentibus veram lectionem retulimus: audi fallas. versus quartus in Manuscripto deest. In quinto Manuscriptus habet per lauum: In sexto ad lauam distantia. In nouo Manuscriptus crinata, pro crinita habet. Vulgati luxes, pro fulges.

Est impar manibus pondus.] Verum hoc, sed non intellexit Arateum ἐπιε χεῖρε ἢ μάλα ἰσχυ.

Ad quam.] Ita hos duos concipiunt vulgati. Manuscriptus ita:

Ad qua se dorso sinuabis lubricus anguis,
Insigni calum per eundem lumine Chela.

Lege:

At qua se dorso sinuabis lubricus anguis,
Insigni calum perfundens lumine Chela.

Aratus:

Νεῦδι ἢ ἀσείρη μεγάλη ἐπιμαίει χηλῆς.
 Insigni autem hic noua significatione sumitur pro ἀσείρη. Nam Chelæ teste Arato sunt φαίται ἐπιδ' αἰετός.

Ipsam.] Ita MS. Vulgati Inde habent. Manuscriptus pro baculo malè habet iaculo. Baculus, vt alibi notauimus est ὁ καλαύεσφ.

Se velle Arctophylax.] Ita vulgati. MS. Sine illo Arctophylax, seu Bacchio munere casus

Icarus ereptam pensabit sidere vitam.
 Legendum omnino:

Sine ille Arctophylax, seu Bacchi ob munera casus

Icarus ereptam pensauit sidere vitam.
 Ait casum ob Bacchi munera Icarum, ita enim appellant Tibullus, & Propertius. Tibullus:

————— cunctis Baccho incundiar hospes

Icarus, vt puro testantur sidera celo.
 Propertius:

Icare Cecropidis meris à iugulato colonis.
 Græci plerunque Icarium nominant. vt & Eratosthenes, cuius versus citat Hyginus. Cæterum optimè Germanicum explicat Orpheus cuius fragmentum antiquissimum & luculentissimum in medium adducam:

Ἀσπὴν κέρη ἢ πέλας πρὸς ἄπαντα φέρει
Σπίρημα, ἢ ἢ φουβίον ἐν αἰσισμῷ ἐντι βόρροισι
Βάδειν ἰσθμῶ πάντα, τᾶτι δρυὸς ἀπὸρ ἄρρον.]
Οἶνος δ' ἰζαλέαδ' ἐστὶ συγίει πρὸς ἄλλα,
Ἰκαρίη κέρη λλευῖς, κη ἀδ' ἀπὸρ οἶνος,
Μναμῆνη ὄση λυρρὰ διωκίος ἀσὶ ἐκνή
Ἀλῆτοι μῆστω, μέθη δὲ δὲ μνημένοι ἀρρῆ
Ἰνύειον κη μὴ τυφελῆς κρημῆσι δαίξαν,
Σφακ. ὄρροισι δ' ἀρροισι κρημῆσι τοῖσι Ἀναίς.

Hoc est:

Omnibus Astra est longè placidissima Virgo Seminiis, plantis quoq. nò incòmoda sua det Germina præruptis leuiter circundare fossis. Sed fugias vites. nã durū antè omnia prælum Icarij soboles, & vites odit amaras: Nempe memor quantum seeleris (culpa ista Lycei est)

Ausa fuit vino domita Attica turba virorum, Viticomi decepta infano munere Bacchi.

In ultimo versu Ἀναίς pro βάρησ restitui, quod ex Glossemate natum erat, repugnante versu. Versus sunt elegantissimi, & non abs re allati, nam præterquam quod fabulam eandem tangit, διόρροισι λυρρῆ illi idem est, quod Germanici ob munera Bacchi.

Virginis.] Versus hic deest in vulgatis, vt sequens in Manuscripto, cum vterque sit necessarius.

Vocem.] Malè vulgati vocans.

Medio mihi cursu.] Malè MS. *curru*. Aut se velle *magis curru* facere in fabulam Astrææ.

Regeres.] Malè MS. *rogeret*.

Seu genus Astræi.] Hoc ex Motelliana officina est. Nam antea legebatur: *Sive illi Astræ genus fuerit*: malè, sed vero propius. Manuscriptus habet. *Sive illa Astræi genus est*. Atqui præcessit:

Teq. cumq. canam terris venerabile numen.
Et sequitur: *Ortus fama tui*. Et quanquam infra faciat *despectu* in tertiam personam, in vna tamen eademque Periodo hoc non est tolerabile. Fortè legendum, *Sive illa Astræi genus est*: hoc est: *sive tu illa es Astræa, Astræi filia*.

Seu verè.] Lege cum MS. *vera*.

Subire.] malè MS. *subiret*.

Sine crimine diua, Penatis.] Malè vulgati.

Ecce puras moros sine crimine, diua,

Vulgus in omnes.] Vulgati.

— *in omnem*

Formabas vita sinceris artibus usum.

Lege cum Manuscripto, si placet, sed pro *sinceros* substitue *sinceris*, vt in vulgatis.

Discordia nota.] Malè alij *nata*. Nota citat Lactantius de Iustitia lib. v. cap. v. Aratus:

Ὀὐκ ἀσφαλὴς τὴν νόστον ἀκρίστον

Spes procul amotas.] Distingue & emenda:

— *Neque per dubios auidiissima ventos*

Spes, procul amotas fabricata nane petebat

Diuitias.

Ita demum constat sententia.

Terminus agri.] Ita Auienus:

Nullus Telluri limos datus, indice nullo

Culta secabatur, neq. iam discretio campum

Metiri in dominos monstrauerat.

Et Cicero, cuius versus nulli hæcenus annotati, qui sunt apud Lactantium:

Ne signare quidè, aut partiri limite campum

Fas erat, in medium quarebant.

Cum itaque omnes Launi agnoscant, sequitur versus vnum apud Aratum desiderari, aut potius *διάνεστον* apud Aratum interpretatos esse, non disceprationem, sed discretionem, vt nominat Auienus, & vt cum Iurisconsultis loquar, communi diuidendo iudicium.

Dominis.] malè MS. *dominus*.

Tristisque.] MS. *tristesq.* Versus hic corruptus, legendum puto:

— *Tristiq. genas abscondita vitæ.*

Suprà habuimus: *pensauit munere ripam positum pro pensauit sidere vitam*. Vt ibi *ripam* pro *vitam* positum, ita hic *ripa* pro *vitæ*, inter quæ literæ tantum repetitæ est differentia.

Nulliusq. Larem.] Malè hic deest copula enclitica in Manuscripto, vt & versu sequenti: Habet enim *Nullius Larem*: & *catus notanic*,

Degeneres semper.] Malè Vulgati.

Degeneres quæ habuit, s. q. h. m.

Facit huc præter Aratum, illud Horatianum:

Ætas parentum peior anis, talis

Nos nequiores, mox daturos

Progeniem virtiosorem.

Quid me.] Ita MS. Vulgati:

Quid me nunc habitus super, & mala vota vocatis?

Manuscripti lectio proba: Sed *procat* Latinum non est. Dubito an non *procat* legendum. Festus:

Procat dicebant, pro poscit.

Tradam.] malè Vulgati *tradat*.

Abit.] malè deest hæc vox MS.

Demersa.] malè MS. *dimensa*. Contrarium citorem in Auieno notauit. Post hunc versum sequebatur in vulgatis alius talis:

Quisq. priora tenet vestigia, quisq. secunda. qui versus ex eo qui infra sequitur perperam repetitus, ideoque vt in MS. deest, ita & à nobis deletus.

Deseruit properè.] malè MS. *proprid*. Citat hunc versum Lactantius.

Et cali.] Si mihi persuadere possim Germanicum voce paululum antiquiore usum non dubitarem hic legere: *Em cali fertita locum*. Festus: *Em pro eum, ab eo quod est Is*. Sensus tale quid postulat. & fortè hoc ipsum.

Tardus in occasum.] in *ocassu* MS. Homerus nominat *ὄψις δ' ὄρον* *βοώθη*. Et Musæus cuius locus etiamnum in mendo; ait enim:

Καί μιν ὄρον ἴδων, ὄρον δ' ὄρον δ' ὄρον

Ὀδ' ἴδων ἄγωνα, ὄδ' ἄγωνα ἄγωνα

Πασιδὸς ἄγωνα ὄρον ὄρον ὄρον ὄρον

Legendum: *ὄρον ὄψις δ' ὄρον* *βοώθη*. Vt sit sensus:

Neque illum aspiciens, non tardum mergere ponto

Arcturū, Hyriadēne, aut sterci sidera Plestri,

Opposita vt possim stationem attingere terra.

Catullus in Coma Berenices:

Virginis, & saui coningens nanque Leonis

Lumina Calystoi uncta Lycaonia

Vertor in occasum tardum dux autè Bootem,

Qui vix serò alto mergitur Occano.

Præstanti.] Malè MS. *præstantis*.

Helicæ ignis.] Malè vulgati inserta copulâ *Helicæq.*

Quisq.] Quinque hi versus in Manuscripti *ἀνὰ γὰρ* desunt: sed in ea descriptione quæ litera recentiori facta est deest versus secundus: legiturque perperam in primo versu bis *quidq.* pro *quique*, & tertio versu *qua* malè pro *quis* quinto *ignoti* benè pro *ignota* aut *ignotis*, vt alij.

Quique priora.] Non intellexit Aratum: Nam ille tres tantum stellas refert, hic quinque: Ait Aratus:

Οἱ δὲ τοῖς ἀπὸ πρῶτου φέρει ἡγάδος τὴν μίαν τε,
 Εἰς τὴν ἑξῆς αἰώνων, εἰς δὲ ἰσοπέδου ἀγέλης τὴν
 Α.Α.Ο. δὲ ἑξῆς τοῦ ἑξαέτηρου.

Quos versus optimè interpretatur Auienus ele-
 ganter à nobis emendatus:

Qua sunt prima fera vestigia, praeeminet ignis:
 Altera quæ pedibus regio est clunatibus, ardet
 Stella isidem genibusq; dehinc se tertia promit.
 Nanque.] Præcessit verbum ignis. Itaque hi
 versus ita legendi:

Nanque alij, quibus expletū, ceruixq; caputq;
 Vatribus ignosi prisceis sine honore feruntur.

At Capiti suberunt.] Hæc Geminorum, &
 Cancri descriptio nimis arcta visa est librariis,
 & pictoribus: itaque quod ridiculum est, quæ-
 dam ex Festo Auieno deprompta hinc inscri-
 runt: hoc pacto:

At capiti suberūt Geminii, prolemq; Tonantis
 Egregiū, & proprio post reddita numina calo:
 Nam Lacedæmonis cum Mars caluisset
 Aphidinis,

Protinus alterna germanos tempora vita
 Iupiter astollit, caliq; in calsa receptans,

Æterna fragrare facis suber ignibus ambos:
 Qua media est Helice, subiectum respice Can-
 crum,

Qua posterior pes, & duro concava dorso
 Tegmina curuantur, geminū micat ardor in
 auræ;

Forma solet: dispar chelarū flamma coruscet
 Nanq; tribus stellis adoletur dextera Cancro.
 Læua duas pugno succendit fomites flammæ.

Vide, & inde. Præter alios errores versus mul-
 ti qui in Auieno sunt desiderantur mutilā sen-
 tentiā. Sed de his ad Auienum.

Horrente q; iabas.] malè MS. Ora, horren-
 tesq; quod ex similitudine literarum & soni
 natum.

Tam tum.] tunc vulgati.
 Tunc lymphe.] MS. Hinc Nympha, quod
 non contemnendum.

Et densas latus.] malè MS. latus & condas.
 Ne mihi tunc.] MS. tum. Vulgati malè: pro
 vada carula habent vaga carula.

Dem potius.] Manuscriptus.
 Non potius ventis excusso vela rudente,
 Excipiant q; sinus Zephyris spirantibus auras:

Sed legendum mistis lectionibus:
 Dem potius ventis excusso vela rudente,
 Excipiant q; sinus Z. sp. auras.

Ita Virgilius:
 excusso q; iabet laxare rudentes.

Per rudentem intelligunt eam quæ antenna ad
 malum constringitur: Anquina Cinna:

Atque anquina regis stabiliens fortissima
 cursum.

p. 21. Sine Atchide terra.] Quantum hic abscedit
 vulgata illa & deprauata lectio: sine inslyta

forma? Et benè Atchide terrā narem quia ibi &
 Panathæna instituisse, & templum arcemque
 ædificasse dicitur.

Qui primus.] Non probo vulgatam qui cur-
 ru. Virgilius:

Primus Eriichtonius currus, & quatuor
 ausus

Iungere equos.

Sic nulli currus.] Ita MS. Vulgati:

Sic nulli cursus, sic ruptis mastus habenis.

Alludit ad nomen ἡνίοχος hoc est Habeniferi,
 quem & Arabes eadem significatione
 appellāt, vt
 monuit etiā
 Scaliger.

Ipsè ingens.] Ita MS. nisi quod pro abit ha-
 beat adit. Vulgati habent transversus abito
 lauam Fontè:

Ipsè ingens trāsuerfus adit lauā Geminorum.
 Si trauerfus malis, non pugnabo: Transuer-
 sum, siue trauerfum dixit, quod Aratus xixli-
 plov. Illud quoque ingens non temerè posi-
 tum, nam & Aratus habet μίγες.

Gratum testatur.] Malè vulgati te gestas.
 Manuscripto consentit Lactantius diligens vt
 videtur & videri voluit Germanici lector: quem
 vide lib. i. de Falsâ Relig. cap. 21.

Hanc Auriga.] Ita vulgati. Manuscriptus.
 Hanc Auriga humero portans, in manibus
 hados.

Contra versus, nisi dicas humeris & immari-
 bus legendum, quod non puto: itaque mistis
 lectionibus comicio:

Hanc Auriga humero portans gerit, ad
 manus hados.

Vbi illos.] Ita MS. optimè: Vulgati in vnda
 nulla similitudine aut veritate: altero versu
 pessimè MS. ad semel hados. Nos mistis lectio-
 nibus locum hunc pristino nitore restituitimus.

Ore minaci.] igne minaci Vulgati. In Ara-
 teis Notis diximus, Germanicum μινάτω mi-
 nacem interpretari, vt & alij in aliis auctoribus,
 quod verissimum.

Quem libet.] Audi vulgatam lectionem, &
 mirare:

Quam Liber ignarum cali formando docebat:
 Sed quia non Taurum alloquitur, sed de Tau-
 ro loquitur, paululum à MS. recedentes legen-
 dum ducimus:

Quamlibet ignarū cali, sua forma docebit,
 Et caput, & parula nares, & cornua Tauri.

Scelus est clarissimum, Forma Tauri, & nares,
 & caput, etiam astrorum ignarum docere pos-
 sunt, quia non opus habet aliis astris à quibus
 designetur. Scholiastes Arati: οἱ γὰρ ἀστῆρες αὐτῶν
 βένερον ἀνθρώπων ἀγαθὰ φέρουσιν, καὶ διὰ τὸ εἶναι
 γνῶσις, ἔδωκεν ἔχοντων ἀστῆρας καὶ ἀνθρώπων
 διὰ τὸν αἰθέρα ὁμοίως ἀποδοῦναι αὐτῶν ἀμάρτυρας
 αἰθέρα.]

ons). Hoc est: Stella enim illius disersè caput bubulum expriment, ideoq; sunt cognita faciles, neque vicinas alias ad indagacionem requirentes, quemadmodum Aries obscurior per alia sidera reperitur. Aratus ipse.

— Τὰ δ' οἰ μάλ' ἰσχυρῶς (Ἰνὰ δὲ καὶ),
Τοῖσι κεφαλῇ Ἰγνίονες, ἠδ' ἴσως ἄλλοι
Σήματι κενώμενοι κἀκεν βόεισιν οἷα μιν ἄνθε
Ἀστὲς ἀμφοτέρωθεν ἐλίας ὀρθοὶ κ' ἰσχυρῶς.

Eleganter Auienus:

— Proprio Taurum deprendis ore.

Neque obstat quod Grammatici dicant suum non nisi cum reciprocatione poni, cum similiter & Virgilius dixerit:

Namq; sua antiqua patria cinis altus habebat.
Et similes locos in Manilio suo obseruauit Scaliger, vir, verè dicam, non πολυίσως, sed παρῖσως.

Quæ cornus.] Manuscripti lectio ista, nisi quod hæc pro hac ex vulgatis substitui. Vulgati pessimè habent:

Fronte micant Hyades, quæ cornus flamma sinistra

Summa tenet. sub hac eadem vestigia dextra Auriga, mediæque ligant compagine diuos.

Nulla sensu, aut metro. Tu lege, & distingue:

Fronte micant Hyades, quæ cornus flamma sinistra

Summa tenet, subis hac eadē vestigia dextra Auriga, mediæque ligant compagine diuos.

Sensu est. Vna eademque stella tenet apicem cornu sinistra, & pedem dextrum Aurigæ:

Aratus: — Ἀσὶ δ' οἰ πρῶτα βε ἄνεργη.

Καὶ πόδα δεξιτέρω παρεκείμενος ἰνὸς γόο
Ἐἰς ἀσὲς ἰνὸς δ'.

Auienus ita refert:

Vna pedem Aurigæ dextrū, cornuq; sinistrum Stella tenet pecoris:

Cornu substitui iubente Manuscripto: Martianus Capella: Quamuis ergo dissimilia sint Senatus, & exercitus, tamen sic genus & cornus, in geniuo dicendum est, quemadmodum Senatus, & exercitus. In ultimo versu pro diuos, binos substitui, commodiore sensu. Possit tamen diuos retineri, si Iouem & Erichthonium intelligamus.

Cum Piscibus.] Falsum hoc, & Arato intantum. Lege cum Manuscripto:

Myrtilus exoritur summo cum fluctibus ore
Totus cum Tauro lucet: ruit Oceano Bos

Antè, super terras cum fulget Myrtilus ore.
Expresit illud Arateum ὀρθοσὶν καὶ ἐκείθεν.

Malè tamen versu altero MS. totius pro totius habet.

Quia.] malè MS. quæ: Aratus: ἰσχυρῶς ἴσως. Malè quoque breue pro breuem.

Diducto passu.] malè vulgati passim.

Tantumdem.] malè MS. Tantumq;. Sed

locus hic totus à vicio scripturæ distinctionibusque corruptissimus. Puto me veram lectionem inuenisse. Ea hæc est:

— quantum latus à pede dextro
Cepheos extremam tangit Cynosurida caudā,
Tantumde ab lauo determinat: utraq; iungit
Regula Cepheos vestigia: baltheus ambis
Qua latus, ac flexum sinuosi respicit anguis,
Cassiopea virum residet sublimis ad ipsum.

Versus sunt præclarissimi. Latus Germanico est ῥάδης, Regula, Linea. Ita alibi:

In sex signiferum si quis diuiserit orbem
Æqualeis partes succumbet regula binis
Inferior signis, spatij tantumq; tenebit
Vna, sui lateris quantum à Tellure recedit.

Ita enim versus illos corruptissimos emendandos docebimus: Vides latus nihil aliud quam lineam rectam: ita apud Eucliden: ῥῆσι δ' ἐστὶ τὰ ὑπὸ τριῶν πτερόπλευρα ἢ τὰ ὑπὸ τεσσάρων: πολυπλευρὰ ἢ τὰ ὑπὸ πλείονος, ἢ πρῶτον ὀρθοῦ καὶ ἑξήκοντα ἰσχυρῶς. Hoc est, Trilatera figura quæ tres, quadrilatera, quæ quatuor, Multilatera, quæ plures, quàm quatuor recta linea ambiunt. Deinde emendauit pro Cepheus, Cepheos, & pro distat minor, reposui determinat, pro adflexum, ac flexum, quæ omnia non puto eos improbaturos qui ista Arati perpendent.

Ἰσχυρῶς ἴσως ἰσχυρῶς, ἠδ' ἴσως
Ἐἰς πόδα ἀμφοτέρωθεν, ἕκαστη πόδα εἰς πόδα τείνει.
Ἀσὲς δ' οἰ ζώνης ἰσχυρῶς καὶ μετὰ δ' ἑξήκοντα.
Ἐξήκοντα ἰσχυρῶς καὶ μετὰ δ' ἑξήκοντα ἰσχυρῶς.
Τὴ δ' ἴσως, &c.

Notandum etiam vno loco Germanicum ad morem communis Græcorum lingua κηφῆ dixisse, altero ad morem Ionum κηφῆ.

p. 28. Clara etiam pernox.] MS. habet.

Clara etiam nox cum stellis Luna refulsit: Legendum fortè:

Clara, etiam pernox cū stellis Luna refulsit.

Hoc sine dubio voluit Germanicus, Cassiopeam etiam plenilunio lucere: nam subiungit aduersatiuam, Sed breuis. Atqui pugnat Aratus:

Τὴ δ' ἴσως δ' αὐμοῖν πρὸς κηφῆ δ' ἠδ' ἴσως
Νοκτὶ φαινομένη παρὰ μετὰ δ' ἑξήκοντα.
Οὐ γὰρ μιν ποταῖ, &c.

Ad verbum Auienus:

Infortunatam spectabis Cassiopeam.
Sed nec multa tamen, cum calum lumine toto
Luna replet: &c.

Sed legerit in Arato ita Germanicus:

Τὴ δ' ἴσως δ' αὐμοῖν πρὸς κηφῆ δ' ἠδ' ἴσως
Νοκτὶ φαινομένη παρὰ μετὰ δ' ἑξήκοντα.
Οὐ δ' ἴσως μιν ποταῖ, &c.

Hoc est.

Non procul infelix cali rapido orbe rotatur
Cassiopea,

Cassiopea, nitens plena quoque lumine Luna,
Sed brevis, &c.

Constat igitur hoc pacto Germanici sententia.
Sed brevis.] malè MS. Est transpositis literis.
Malè etiam eodem versu copulam omittit, quæ
ad sententiam, & versum necessaria.

Qualis ferratos.] Lectio hæc Manuscripti
tolerari potest. Vulgati habent:

Quales ferratos subicit clauicula dentes,
Suscuit, & foribus prouocit vincula claustri.

Vnde Scaliger fecit:

Qualis ferratos obici clauicula dentes

Suscuit, & foribus redducit vincula claustri.

Vbici pro obici scriptum putans, & reducit
prima producta Lucretiano more dici. Sed
quia Auienus clau comparat, & hoc ipsum in
Arato vnius literulæ mutatione (vt inibi dixi-
mus) potest obtineri, malim ita legi vt nos po-
sumus ex Manuscripti fide, aut si quid mutan-
dam, hoc modo:

Qualis ferratos obici clauicula dentes

Suscuit, & foribus prouocit vincula claustri.
Nihil enim opus vbici scribere, cum MS. non
subicit, sed obici referat. Et alias quoque subici
eadem forma, qua obici dici posse videtur,
quod verbum Ennio quoque vsitatum. Mi-
randum autem non est si secunda syllaba in
clauicula producit, quæ regulariter corripitur
debuerat, cum similia verba apud Poetas, vt
cuticula, & Canicula simili modo effertur vi-
deamus.

Disposita est.] Ita benè MS. *διδυμι.* Malè
vulgati *disposita.* Malè sequenti versu MS. *si*
pro *sic.*

Meritam.] Ita MS. Vulgati *merita.* Vtrun-
que tolerari potest: hoc vt dicamus *in inista pia-*
cula merita matris: illud vt dicamus: *immeri-*
tam piacula iusta matris. Sed prius venustius.

Andromeda.] malè MS. *Andromedam.*

Cernere posse.] Ita MS. Vulgati *non dum,* ex
quo, commodo sensu *quanquam* possis facere.
Sed Manuscripti lectio vera: *Posse licet pro licet*
simpliciter. ita Manilius potuit *generare pro*
generauit. Et sæpe talem phrasin obseruauit
apud Martianum Capellam nuperrimè à me
editum.

Emicat.] malè MS. *micat.*

Candet nitor.] Ita hi versus benè concepti in
MS. Aliter in vulgatis, in quo quædam errata,
quædam *ἀδύατο*.

Sic magnis humeris candens niter, ac modica
ambit,

Ignea substricta fulget quæ Zonula pallâ.

Pæna.] malè MS. *ponè.*

Distrahaque.] Vulgati *districtaque.* Est
ἀδύατο.

Cen auri.] cen magni Vulgati. Et hoc *ἀδύα-*
το.

Robore.] malè MS. *robora.*

Andromeda capiti.] Versus hic deest in
vulgatis, & sequens hoc pacto erat deprauatus.

Andromeda verò radiat quæ stella sub ipsa
Nos ex Manuscripto suppleuimus & emen-
dauimus.

Aluo fulget equi:] malè vulgati:

Aluo fulget equus: tres arma, sed l. a.

Manuscripta lectio hic mihi verat.

Ascervix.] Vulgati *Et. Tu elige.*

Sed quia fersus ore lupato.] malè MS.

Spumanti mandit sed quæ fersus ore lupato.

Sed legendum *ἀναμπίσθητος.*

Spumanti mandit sed quæ fersus ore lupato.

Affine illud Maronianum:

Spat sonipes. & freno ferox spumantia mandit.

Ex quo hoc adumbratum.

Et capite & longâ.] MS. *Et capiti de xainōa*

& longâ verè. Aratus *ἔδ' ἀνζυλῶ, δολιγῶς αἰεῖ ἔδρ.*

Et Homero scimus laudari *ἰστιαχένας ἵππους:*

hoc est longicervicos equos, vt & nos ad Pacu-

uianum morem nouum verbum fingamus.

Stella nitens armis.] Ita benè vulgati. malè

MS. *Stella nitent armi.*

Primo præstat equum.] Vulgati. *Primo præ-*

stat equo. Ego ex Manuscripti lectione hoc cu-

derem: *Primum præstat equum.* pro eo quod

est *Principium equi, siue primas partes ostendit.*

Possis etiam legere: *Primum restat equi.* Pro

rupta. quod est in Manuscripto, vulgati *raptia*

habent, quod tamen non improbandum.

Destituunt visus: rudis.] Ita MS. Non malè.

Rude enim opus Græci vocant *ἡμετέρας.* Equus

autem *ἡμετέρας,* vt & Aratus nominat. Vulgati

habent: — *m. r. o. membra*

Destituunt, visus radiis hinc surgit imago

Gorgonis: hinc proles, &c.

Possis legere: — *medio raptia ordine membra*

Destituunt visus radios: hinc surgit imago.

Gorgonis hinc proles, &c.

Partes illæ siue stellæ quæ non sunt, sed ex fa-

bula esse finguntur, dictæ sunt à veteribus cer-

ni non posse ob oculorum defectum. Ita de

septima Pleiade Germanicus:

— *sed carpitur una,*

Deficiente oculo distinguere corpora parua.

Simile hic in equi posterioribus. Sed vtram

lectionem retineas oportet inde vel hinc inter-

pretari, pro *ab his parribus,* vt apud Plautum

& alios Vnde pro *à quo.*

Hic proles.] Ita MS. malè vulgati *hinc.* Male

MS. & ridiculè *imperio,* pro *in Pierio.*

Decurreret.] Melior hæc vulgati lectio,

quàm illa Manuscripti, *discurreret.*

Hippocrenen.] MS. *Hippocrenes.* Plautus:

nomen Mercury est mihi: Horatius: cognomen

Pinguis datus.

Fontes nomen habeat. Ita vulgati MS. Fontis nomen habet, quod fortè tolerari possit, si quidem fateamur ita veteres recto casu extulisse, præsertim, cum & Varro dicat à ponce nominatum pontis analogicum magis esse quàm pons. Sed puro transpositis literis scriptum. Fons it nomen habet pro id, vt sæpe set pro sed, ac pro ad. & contra in hoc MS. inuenitur: quod & verum puto.

p. 34. Currens.] Versus hos quibusque deprauatissimè referunt vulgati: hoc pacto:

Inde subest Aries qui longè maxima torrens Orbis, & ad finem spatii non tardior horans. Peruenit, & quãdo grauiore Lycaonis Arctos Axem vel tutor, quem tanto gratior ille. Distantes cornu properat contingere metas.

Quis hic sensus, & vt esset, quis similis illis Arateis:

Αὐτὸς ἡγεῖται τοῦ ἄστρου εἰς κέλους, ὅς τ' ἴσ' ἔτι μάλιστα δαυδὸν πρὸς κελούς, ὅδ' ἴσ' ἔτι μάλιστα πρὸς κελούς κελούς.

hoc est interprete Auieno:

Tunc celer ille Aries, longi qui limitis orbe Athera percurrens, nunquam Cynosuridos Versa

Segator ab lapsu conuertitur:

Manuscripti Lectio fermè proba, nisi quod versu secundo Versa pro Vrsâ, & versu tertio habeat breuior Helicaonis, quare nos in textu ibi vulgatam grauiore Lycaonis posuimus. Sed facillimè error ille tolleretur si legamus Breuiore Lycaonis Arctos. Versu vltimo pro cornu legendum cursu. Itaque hisce mutatis, cæteris lectio nibus ex MS. desumptis, distinctionibus ex nobis, ita hi versus sunt restituendi.

Inde subest Aries, qui longè maxima currens Orbe suo spatia, ad finem non tardius Versa Peruenit, & quanto breuiore Lycaonis Arctos Axem actu torquet, tanto perniciosior ille. Distantes cursu properat contingere metas.

Confer hæc cum vulgatis, & mirare librario rum impudentiam, qui tam procul ausi recedere à veræ scripturæ vestigiis, vt auctor nihil minus quàm quod dicit dicere videatur. Imò verò nihil.

Clara nec est illi.] Paulò deterius vulgati: Clara nec non illi est facies.

Officiat si Luna.] Hæc rectè in vulgatis: malè in MS.

Efficiat, si Luna sua virtute miseret.

Ait Aratus: Αὐτὸς ἡγεῖται, καὶ ἀνάσσει ὅσα πλανήτων, καὶ ἄστρον.

Exponit Scholiastes: ὅστις ἐστὶ πλανήτων οὐρανῶν ἀνάσσει. Quem sequitur Auienus:

— nam quanti luminis astra Esse solet, aciem quibus aurea Luna retinet.

Marcida Lanigeri tantas se forma sub auras Exerit in tenui quanguam primordia Phœben Orbe habeant, nullumq; decus Dea profert ore.

Germanicus aliter intellexit: putauit nanque Aratum dicere, Arietem plenilunio tantum lucere non posse, cum Auenus idem in Nouilunio esse asserat. Itaque illud oia, non vt Auenus, & Scholiastes, pro quemadmodum, sed pro vepote cepisse videtur.

Sed quarendus.] malè MS. quarendum. Andromeda.] malè deest hic versus in vulgatis.

Vt Chela, candens.] MS. habet. Vt Chela, candent vt Baltheu. Orionis.

Vulgati: Vt Chela candens, aut Baltheus Orionis.

Itaque aut vulgata lectione retenta, distinctio mutanda, vt nos fecimus, aut legendum vt Chela candens, nam etiam singulari numero, χηλῶν dicimus. Secundo loco vtrumne aut an vt legas parum refert.

Motus.] Vulgati signo quod non improbo: Locus autem hic difficilis est intellectu. Hoc enim dicere velle videtur: Non tantum ex Zonâ Andromedæ, aut Chelis, & Orione, sed & ex signo aliquanto propiore, illum (Arietem videlicet) posse cognosci. Quare putet forte aliquis Germanicum propriore d' eum d' interiecta dixisse vt Plautus & alij Mederga & Tederga extulerunt. Sed hoc nimis obsoletum. Dicat alius Crium, quod Græcè Arietem sonat, legendum, sed eius vocis prima producitur. Itaque, necesse est, Platónico more, Deos interpretari stellas, qua ratione potuit & supra Aurigam, & Taurum diuos dixisse. Aut Deum interpretari Arietem, quia erat Neptuni filius, vt in fabulis legimus, vt Eriichthonius, quem diuum nominare videtur Palladius.

Donum hoc spectabile Nili.] Deltoton Egyptus est, vt explicat Anonymus Germanicus, vt eum appellant, Commentator, & Hyginus. Egyptus autè Nili donum. Ita enim Manilius: Ex Libyam, Egyptiq; latus, donataq; rura.

Et ante eum Herodotus πρὸ ἀπὸ δ' ἄστρου. Vnde liquet versu altero generatum cum MS. legendum: nam veneratum quod in vulgatis est nullius est pretij. Sed annotabit cum Manuscripto, an verò notariis legas parum refert.

Æquata duorum.] malè MS. Deorum. Hunc Aries.] malè MS. Huic. Legendi autem hi versus, & distinguendi:

Hunc Aries iuxta: mediū Deltoton habebis Inter Lanigeri tergū, & Cepheida mastam.

Hunc ultra gemini Pisces:

Aries iuxta tertium ductum: Deltoton medium situm est, inter Arietem, & Andromedam: Ultra eum Pisces. Malè itaque Morellius Aldina

Aldina lectione reiecta bis *bine* pro *hunc* substituit.

In *Austros*.] Vulgati *Austrum*.

Nodum stella premit.] Ita nos distinximus:

antea perperam legebatur:

*Nodum stella premit Piscis qui respicit auras
Threicias.*

Nulla sensu.

Cernuntur.] MS. *cernantur*. Lege *cernetur*.

Male etiam MS. pro *vlnam* refert *illum*. Quod autem est *dextram vlnam* cum *sinistram* poni debuisset, error magis est Germanici quam librarij.

f. 40. *Subter utrunque pedem*.] Hi tres versus, antea desiderati ex Manuscripto sunt inserti. *De votam Virginem* dixit Andromedam, qua forma Virgilius extulit *post deivota futura*.

Vbiq; micat.] male vulgati *Et ille*.

Dextera sublata.] ita Manuscript. nisi quod pro *Cassiopeam* habeat *Cassiopeia*. Vulgatus ita:

Dextera sublata similis propè Cassiopeam.

Potest lectio à nobis posita tolerari, sed, si Aratum sequimur, murandæ paulum & transponenda literæ, hoc pacto:

Dextera sublata solum propè Cassiopea.

ait enim enim ille:

Καὶ αἰ δεξιτερῶν πόδ' ἐπὶ κλιτῶν περὶ ἀναυγῶν

Περὶ δὲ δι' ὀφθαλμοῦ.

Transfert Auienus:

*Dextera marentis solum propè Cassiopea
Tenditur.*

Findere plantis.] Ita MS. rectè. Male vulgati *tangere palmis*. Alaræ plantæ Persei. Propert.

Non si Pegaseo velleris in aëra dorsa,

Non tibi si Persei mouerit ala pedera.

Poplite sublato.] Versus hosce tres ex Manuscripto suppluimus: Distinguendum autem, & legendum:

Poplite sublato. Tauri certissima signa

*Pleiades suberunt: brevis & locus occupat
omnes,*

Nec faciles cerni n. q. c. p.

Non enim sub Tauri poplite sunt Pleiades, sed Persei: sed Tauri signa sunt, vnde & apud Arabes à Tauri nomine *Atauria* siue *Athor* enim

Arabibus Tauram sonat, cuius nomen in omnibus propè linguis consonum inuenio.

Nomina sed cunctis.] Bene hæc, sed non ex mente Arati, Videtur enim illos versus in animo habuisse:

Ὅ μὲν πρὸς διπλάδιον ἀποδύθης ὄν Διὸς ἀστὴρ

Ἐξ ἧς ἡ Νόβα δὲ ἀναβαρῶν.

Celanoq; Meropaq;] Secuti sumus Manuscripti lectionem. Vulgati habent:

Electra, Alcyoneq; Celanoq; Taygeteq;

Et Sterope, Meropeq; simul, formosaq; Maia.

Quæ ex Auieno desumpta, vbi tamen *famosaq;* legitur, & rectè, sequitur enim *Prole Deo*. Manuscripti lectio vera, sed non perfecta. Itaque restitue:

Electra, Alcyoneq; Celanoq; Meropeq;

Ac Sterope, & Taygate, & Maiparente

Califero genita.

More Græco Encliticam produxit, & longam vocalem non elidit. Scriptura illa *Maia* quam ex Manuscripto proposui non aspernanda, cum enim in omnibus fermè vocibus *ea* diphthongum in *æ* vertant Latini, pauca tantum sunt voces in quibus vtranque literam seruaerunt, vt *Maia*, *Aiax*, quæ cui non ad exemplum reliquorum Latinâ diphthongo scribi possint, nulla est ratio. *Genita* ex vulgatis scripti, cum MS. perperam *genitas* referret, qui male etiam *si vltro* habet pro *si verè*. Similis omninò Phrasis supra:

————— *si verè iupiter infans*

Vbera Cretæ multâ fidissima Capra.

Non multis.] Ita MS. male vulgati *multo*.

Præcipuo sed honore.] Male deest hic versus in Manuscripto. Sequentes quoque duo perperam positi sunt post illos, qui infra sequuntur, *Plurimum accepta* & *Deiictam effigiem*.

Ventus superimminet auster.] MS. alieno, vti dixi, loco, *astus* refert, & sequentem versum ita concipit:

*At cum surgit hyems ponto fugienda peritis,
Versus autem hos ita legendos puto:*

Cum primum agricolam veniens superimminet astus,

Et cum surgit hyems ponto, fugienda peritis.

Alibi quoque *veniens*, in *ventus* mutatum est. Confer cum istis Ciceronis:

Propterea quæ & astatis primordia claræ,

Et post hyberni præpendens temporis ortus,

Admonet, vt mandet mortales semina terris,

Quorum versus primus corruptus in vulgatis.

f. 44. *Quis etiam*.] Hi tres versus tam corrupti in Manuscripto leguntur: in quarto pro *sortis* vulgati male *Parti* habent. Nos coniecimus hos versus ita legendos:

Quis etiam Lyra Mercurio dilecta, Deorum

Proli accepta, pio calo nitet, ante labore

Deiictam effigiem, plantâ qua erecta sinistra.

Tëpora laua premit torti subiecta Draconis.

De Lyra ab Mercurio inuenta habes apud Mythologos. Eadem Argonautis accepta: si quidem Orpheus hanc Lyrâ accepit, & ea celestima cecinit in Argo naui. Argonautas vocat Valerius Flaccus versu primo. Nam nautis quod ibi legitur supposititium. Pio calo dixit vt alibi:

Argolis ipsa pio calo referetur imago.

Et similem significationem in Maruano Capella

PELLA obseruauimus. Dicit hanc Lynam antè Engonasi locatam, & quidam ante pedem sinistrum, quo (vt antè ostendimus) Draconis premit tempora. Versus post hunc sequens huc non pertinet. Et vin' coniecturam audire elegantem? Ponendum hoc carmen litera vna mutata eo in loco vbi *αὐωαῖται δὲ ὄψα τῆς γαλαῖς* referuntur: Hoc modo:

*Nix genu species flexo redit ardua crure,
Summa genu submersa tenet, quæ se Lyma
versat.*

Aut si voluit cum vulgatis malis, non pugabo. Scelus hic erit, Engonasi genu illud quod inclinatam est, læuum videlicet, oritur, alterum quod propè Lynam est adhuc submersum manet. Iuvat coniecturam meam quod eo loco Aratus meminit similiter Lyræ, ait enim:

Αἰὶ γὰρ αἰὶ δὲ Λόγγη πταγμένην Ἰούβης.

Vel Phœbi qui fuit olim.] MS. habet:

— vel Phœbi qui fuit olim.

*Cygnus Nilidea thalaminis qui lapsus adulter
Furta Ionis, &c.*

Vulgati sic:

— vel Phœbi qui fuit olim.

Cygnus de thalaminis canadens q. l. a.

Furta Ionis, &c.

Quantum ea lectio, quam nos concinnatam ex vtraque in textum retulimus sit probabilis, tamen non dubito quin hæc lectio quam nunc insitens Manuscripti vestigiis proponam, sit verior:

*Contrà spectat auem, vel Phœbi qui fuit olim
Cygnus, vel Leda thalaminis qui illapsus adulter*

Furta Ionis falsa volucer sub imagine textit.

Duas, quod & alibi sæpe facit, fabulas attinigit, priorem de Olore Phœbi, posteriorem de Leda adultero, quæ satis nota. Priorem nullus Interpretum hinc tangit, Hyginum inquam, Anonymum, & Auienum qui aliàs multum fabulis indulget. Solus Theon agnouit: τῷ ἔργῳ δὲ ἔργου, οἱ δὲ λέγουσιν ὅτι τὰ κίνατοι ἠγάγετο ἐπὶ δῆταις εἰς ἕπλω δὲ δῶρον ὄψα, ἀπὸ κεντρὸν ὄψα. Hoc est: Hanc auem sunt qui dicant olorem esse, & in Apollinis honorem, vt qui canorus sit, in ætra relatum.

Inter defectum.] Hi versus in vulgatis defunt. Manuscriptus eos supplet. Defectum si das vt supra:

Haud procul effigies inde est defecta labore,

In cygnum:] Lege in cygno: & hæc omnia indistincta ita vt nos fecimus, distingue. Idem dicit quod Cicero:

Alter pars huic obscura est, & luminis expers:

Alteram nec paruis nec claris lucibus ardet.

Quantum aliud sonent Arati verba.

Fugis.] Eleganter, & Poëtice. Pessimè MS. fulget.

Piscibus.] Hi duo versus in MS. inueniuntur in vulgatis desiderati, in quibus duos errores correximus ad pro at, & quæ pro qua restituentes. Duo eos sequentes, quos, quia videbantur pertinere, ad Aquarij descriptionem textui inseruimus ex Manuscripto, huc non pertinent. nam eosdem infra suo loco repetitos inuenies post Piscis Notij Asterisimum. In eodem libro hic sequebantur quatuor alij versus, quorum primus incipit: *E quibus:* vltimus definit *pernicia crura*, quos eodem loco repeties. Versum etiam illum:

Scorpios erepta torquet qua spicula caudâ, huc non pertinere & emendandum esse infra docebimus.

Cum primum.] Legendum.

*Quo prior Egocero: semper properare videtur
Occano mersus sopitas cedere flammâ.*

Verum hoc. Aquarius posterior Capricorno occidit. Sed nihil ad mentem Arati, quem hinc nulli interpretum videntur intellexisse, vt ad Ciceronem notabimus.

Tum breuis.] Vide quàm hæc corrupta in vulgatis:

Hymbres, occasus, ortusq; intercipit ora.

Cum Sol.] duo hi versus desiderantur in vulgatis: posterioris initium in MS. est: *amneq;* deficiente prima litera. Nos Nam neque restitimus. Possis etiam iam neque reponere.

Spectaueris.] *spectaueris* vulgati. Lege: *expectaueris.* Clamatos dixit Græco more. Et sine dubio legit apud Aratum non *σοωδύη*, sed *σοωδύη*, vt ad hæc referatur.

Rigor.] malè Manuscripto *rigora.* Rigor *negō, μέλιτι.*

Pigra.] Hoc ex MS. lectione est, qui prima litera deficiente igma habet. Vulgati *Tarda* habent, & pro *occupat*, *alligat.*

Sed rationem.] Rectè MS. malè Vulgati. *Et.*

Cernat.] malè MS. *cernunt.* Distinguentium autem ita, vt nos fecimus, verbo *Puppibus* ad comma præcedentis versus retracto.

Innatat.] malè vulgati *innatet.*

Intercâ.] Deprauatissimè MS.

*Inter ratem temptare undas iuba, asperat
& cum.*

quem versum, mutato ordine sequitur ille *Inuenta* sç. alij. Deinde *Assultat lateri.* Versus autem ille *Tunc alti* desideratur. Versu antepenultimo huius asterismi malè vulgati habent: *è terra iactantur in altum.* Malè in penultimo MS. *Punit & pellunt.* Benè eos pro *Et* bos. Habes variationes. Ego hos versus ita puto distinguendos, legendos, transponendos:

Intercâ tentare undas innat: aspera sed cum

Assultat lateri deprenta spuma carina,

Tunc alij curuos prospiciant litore portus,

Inuenta sç. alij terra: pro munere narrat.

At alij procul à terra iactantur in alto:

Interea examinat pauidos in flatis aqua mons

Munit eos breue lignum, &c.

Non videtur rectè intellexisse illud Arati quod
in *αἰγιαλὸς τετραπέρος*. Deprensam carinam
dixit vt Horatius:

Orium Dinos rogat in patentè

Prènsus Ægæo.

Et Catullus:

Et insalenter astues, velut minuta magno

Deprensa nauis in mari, vesaiènto vento.

Et ipse infra:

Quod si deprensa turbabis liutea puppis.

Nam tantum.] Rectè ita MS. Malè vulgati.

Et tantum.

• 52. *Belligerum Titæ.] Pro magnum vulgati*

habent etiam: Pto Ducentemq; ferunt; MS.

Lucentemq; ferum. Lego:

Belligeri Titan magnum-cum contigit arcum

Ducentemq; ferum sinuato spicula neruo.

Ferus δ φησὶ quod Centaurum Homero signi-

ficat.

Iam clausam ratione mare est.] Supra dixit:

Et rationem animi temeraria pectora soluent.

Iam periculo ingrauescente Ratio superauit.

Notandum autem *CLAVSVM MARE*. Sic

Manilius: *Hædi claudentes fidere pontum. Ve-*

getius: Ex die III. ID. NOV. usque in diem IV.

ID. MART. MARIA CLAVDVNTVR. Formula

est Astronomis vsitata.

Fugit ad.] Ita vulgati. MS. fugiat. Lege fu-

gitat.

Tum nocte suprema.] MS. malè: tunc nocte

superba.

Suprà.] Ita MS. Vulgati contra metrum su-

per. Error ex veteri scriptura supera.

Tunc altè Cynosura regit.] Cynosura nun-

quam occidit aut oritur. Sed quia in Sphæra

nostra altera pars Meridiani breuior est altera,

hemicyclo videlicet ad Polum mundi diuiso,

cum Vrsa in breuiorem illam partem demergit-

tur, occidere dicitur; cum eundem circulum

transcendens ad punctum illud quod Zenith

vocant ascendit, oriri perhibetur. Hæc ratione

dixit Manilius:

Ac Cynosura minor cum prima luce resurgit.

Hæc igitur ratione hoc in versa, vbi MS. *Tunc*

altè Cynosura regit habet, nullo sensu; Vulgati

cepit nullo etiam metro, legi posse videatur.

Tunc alto Cynosura redit. Nam *alto redire*

Poëtis est oriri.

Mergitur.] malè MS. Vergitur.

Est etiam.] Tres hi versus desunt vulgatis.

Versu tertio *Iouis* temere repetitum videtur ex

versa præcedenti. Versus ipse deprauatus. Versu

quinto MS. *Et telo appositus cuius:* vbi vul-

gati: *Et celo appositus custos.* Itaque aut legen-

dum. *Et celo appositus cuius* eleganti metapho-

ra, aut: *Et telo appositus custos* committis le-
ctionibus. Imò totus locus ni fallor ita re-
staurandus:

Est etiam, incertum quo cornu missa, sagitta,

Quæ seruat Iouis ales; habet miracula nulla.

Si calū ascendit tamè arduus armiger hic est.

Vagibus in nocuis Phrygium rapuit Gany-

medem,

Et telo appositus custos, quem Iupiter arsit.

In puero, luit excidio quem Troia furorem.

Miracula vocat stellas eximie magnitudinis.

Ouid. *Métam.* .11.

Sparsa quoque in vario passim miracula calo.

Auctor carminis de *Ætna:*

Quo valet Orion, quo Sirius incubet ardens,

Et quacumq; iacent toto miracula mundo.

Versum tertium vocibus transpositis mutauim-

us, vt exprimat Arateum illud:

— *Καλεπὸς γι γρη εἰ ἀλλὸς ἰδοῖν.*

Luit excidio quem Troia furorem.] Huc per-

tinet quod apud Virgilium stimulant Iuno-

nem contra Troianos rapti Ganymedis hono-

res. Et huc pertinet Luciani Dialogus ἡγεῖς

ρη δὲ.

Delphini inde breuis.] Hi tres versus ex Ma-

nuscripto sunt restituti: quorum primus ita

emendandus:

Delphin inde breuis l. i. c.

Tulit hic Atlantida Nymphen.] De Amphi-

erite per Delphinum aucta vide Auicenum, &

Hyginum.

Declinis ducitur.] MS. declinis dicitur ordo,

quod non probo.

Sentit &.] malè MS. Sentiet.

Primus in obliquo.] Hi tres versus in vulga-

tis hætenus defuerunt. Versum quintum iidem

ita concipiunt:

Tela caput magniq; humeris sic balthæus

ardet.

Manuscripti lectionem in textu habes. Versu

ultimo, vbi vulgatam lectionem habes. MS.

habet *penicis sic pedeludit.* Quare æstimo hosce

versus ita legendos:

Primus in obliquū rapitur sub pectore Tauri

Orion: non vlla magis vicina notabit

Stella virū, sparsa quam toto corpore flamma:

Tale caput; magniq; humeris, sic balthæus exit,

Sic vagina ensis; pernici sic pede luget.

In obliquum restitui postulante sensu; Quin ead-

em locutio Germanico alibi vsitata. In ceteris

hoc dicit: Orionem non debere ex vicinis

astris nosci, sed suis sideribus facile clarere. Hoc

enim est quod ait Aratus:

— *Μὴ νοῖον ἴδης ἡσυχῆ ἐπὶ νεκτῆ*

Υψῆστα ἰθαὶκὲ καπὶ γερῶν, ἀλλὰ περὶ ἴσσι,

Ὀρεγνὸν εἰσὼν δ' ἄρ' ὠρεφῆσται ἐξ ἡνθαυδῆ.

Hoc est:

— *Non illum nãdẽ quis nocte serena*

*Sublimè expansum transfuerit, at mago speret
In calum elato subito deprandere vultu.*
Et eo sensu interpretatur Auienus: Cicero dicit, non pro quisquam sed pro quicumque cepit, & non *hanc*, sed *hanc* legit; *αὐτοφύστος* etiam Adiectiuè, non *εὐφύστος* interpretatus est: transfert enim:

*Quum qui suspiciens in calum nocte serena
Lato dispensum non viderit, hanc ita verò
Cetera se speret cognoscere signa potesse.*
Malè enim ibi in vulgatis plerisque omnibus legitur *suspiciens* & *abdita* verò & *dispersum*.
Sic balibeus exit.] Auienus:
Auratumq; rubas dimittit balibeus ense.
Exit dixit vsupra:

————— ad caput eius
*Dextra manus, latice quâ fundit Aqua-
rius, exit.*
Talis est custos.] Hi tres versus iterum in vulgatis defuerunt. Primus ita restituendus.
Talis ei est custos.

Prio sup.] Legendum:
Sirion hunc Graij proprio sub nomine dicunt.
Ex abbreviatione error. Si patrio malis non pugnabo. Locus est Mehercule eleganter restitutus.

At quibus arzata.] MS.
*At quibus adsuetas frondes, aut languida
cernis*

Exanimat.

Ego hos versus ita puto legendos, & distinguendos:

*Discernitq; ortu longè satâ: viuuda firmat:
At, quibus adsuetas frondes, aut languida cornix
Exanimat.*

Metaphorâ non ineleganti videri potest *arborum* *ereticas* dixisse, & *frondes assutas*, quæ non satis firmè adherent.

Primo speculatur ab ortu.] Monet Aratus etiam in occasu conspiciendum, ait enim *αὐτὸν ὀφθαλμοῖς ἀνασσοῦ*. Sensus vtriusque idem: Situm à primo initio ad finem vsque non negligendum. Est enim vehemens in ortu & occasu. Manilius:

*Subsequitur rapido cõtenta Canicula cursu:
Qua nullum terris violentius aduenit astrum.*

Nec grauius codis, nec horrens frigore surgit.
Vbi versus *torrens* postulare videtur: Scimus autem *vrere* & *torrere* etiam in frigore dici.

p. 62. *Auricum leporem.*] Duo hi versus ex Manuscripto sunt inserti: quorum posterior ita legendus:

Vrgetur cursu rutili canis ille per aethram.
Aethram, pro *aethera* sæpissimè dixit Auienus. *Sic vtrunq; oritur.*] Putauit Illustrissimus Scaliger legendum: *Sic in vtrunq;*, & hunc versus ad *Sirion* referendum. Quod ego quidem facillimè concesserim, nisi in Manuscripto

duo illi versus hætenus desiderati infererentur. Sed profectò versus secundus ex Auieno est, vt & tres illi sequentes:

Paruulus in stellis, &c.

Versum istum *Sic vtrunq;* secutus est hætenus in vulgatis alter talis:

Tu paruum leporem perpendo sub Orione.

Qui ab indocto aliquo Monacho profectus est. Itaque relegendus. Versus ergo hi ita legendi cæteris inductis:

*Auricum leporem sequitur Canis, & fugit ille
Sic vtrunq; oritur, sic occidit in freta sedens:
At quæ cauda Canis, &c.*

Hoc dicit: Canis Leporem insequitur. Lepus Canem fugit: Ea figura oriuntur & occidunt. Dixerat enim Aratus:

Καὶ οἱ ἐπὶ ἀρκτὸς, καὶ οὐκ ἔτι κελύβοι δὶ δὴνα.

Hoc est:

Surgente insequitur, sauo premittit ore cadentem.
Et idem Auienus multis versibus hic exprimit: qui & alibi simili modo dixit:

———— sic magno præpes Olympo

*Subuehitur, subit Occidui, sic marmoris
vndas.*

Vera igitur hæc lectio, & suo loco reposita.

At qua.] Tres hi versus iterum è MS.

Vt cum.] malè vulgati. *At cum.* Versu ab hinc quarto MS. pro *quia*, *qua* habet. Ego hos omnes ita puto legendos & intelligendos:

*Puppe etenim trahitur, non rectè libera cursus
Vt cum decurrens inbibet iam nauita remos,
Auer famq; ratem voris damnatus ad oram
Perligat, optatam cupiens contingere terram:
Sen quia pars violata fuit, cõtuentia saxa
Namine Iunonis tutus cum fugit Iason.*

Duas assignat rationes cur Argo à puppi oriatur, & prora careat. Priorem ex Arato, quod nauitæ appellere cupientes nauim conuertant, & remos inhibeant, quod *ἀνακόπτει* dixit Aratus: alij (vt Cicero ostendit) *ἀνακόπτει*, qua de re ad Aratum diximus: Alteram omnibus Mythologicis intactam, quod videlicet Prora inter rupes fuerit cõhisa vix effugiente periculum Iasonem. Meminit in Argonauticis Orpheus, aut quisquis ille alius, apud quem Fatidica nauis ita loquitur:

*Οἱ μοι ἴσταν, ὀφελόν με Διὰ πρῶν ἄστρων ὀλέσθαι
Κοινῶς περὶ γὰρ ἐὼ ἀφείρω τε κλύδωνι.*

Lateri non amplius aucta.] Vulgati:

———— lateri non amplior actus.

Altero versu MS. pro *Qua surgit malus*, vt in vulgatis est, habet: *Quam surgit malus*. Fortè legendum:

Hac micat in calo lato, non amplius, altus

Qua surgit malus:

Non amplius micat, quàm vsque ad malum. *μαρ* *ἔσθ' ἰσθ' Aratus*. Desideratur autem *quam* vt in illo Liuiano: *Plus quinquaginta hominum*

hominum milia ceciderunt: & illo Terentiano: non plus triduum. Lateri quoq. tolerari possit. sunt enim latera navis *αὐτὰ λωγὰ*, ut alibi:

Afflatur lateri deprenta spuma carina.

Lucida clauo.] MS. *roscida lauo*. F. *roscida clauo*. *αὐτὰ λωγὰ* dixit Aratus, hoc Germanicus non *δοῦ* & *χαλῆς* sed *δοῦ* & *χαλῆς* de-
tenuit. Grando autem, nix, ros, pruina, si non eadem sunt, quod quodammodo probant Philosophi, at cognata & affinia. Igitur *roscida puppis* *πρὸ ἀλίου* *αὐτὰ λωγὰ*.

p. 60. *At procul.*] Tres hi versus ex MS. Sed legendum *Hanc procul* *αὐτὰ ἰλίθην* *αὐτὰ δὲ μάσθην*. Ar. Eleganter autem dixit *media est Solis via*: hoc est, Zodiacus, quem Aratus alibi *ἡλιώτου κλάσθην* vocat, inteniacer. Huc pertinet locus ille Manili.

Andromedam vastos motu nemi Piscis biatus. Vbi *Pistris* legendum. Nihil artius.

Diuerso.] male MS. *Diuersa*. An vero legenti dicas cum vulgatis, an legenti nihil refert.

Pistris agens.] MS. bene.

Auster Pistrin agit.

Aratus *ἰστὸν ἐχθρὸν ἀπὸ τοῦ Κῆρυ*. *Pistrin* autem per Metathesin, pro *Pistrin* dici, nemo est qui nesciat.

Annem qui.] Tres hi versus iterum ex MS.

Vulnere reddastem.] Fortè.

Fulmine reddentem flammam, Iouis. — *70. Est etiam à geminis.*] Iterum terni ex Manuscripto. Versu secundo pro *fugiat* legendum *fugiat*.

— *Et dextra libratum fulmen, ab arce.*

Mittit in Aurigam, pariterq. animaq. rotisq.

Exiit, & sauis compefcuit ignibus ignes.

Dicit igitur Germanicus eleganter Phaethonta, flammam Solis reddentem flammis, & fulmine Iouis.

Hunc noua silua.] Ouidius de iisdem:

— *siluamq. sororibus nuctara.*

Nota fabula:

Messa Phaethontides vlnis.] Male vulgati.

— *Apha Phaethontides vlnis.*

Ignotas vlnas, dixit ut Ouidius:

Ille dolet feri laggas sua brachia ramos.

Inteniacer astra.] MS. *iniacer vlnis*. Lege:

Eridanus medius liquidis interiacer vlnis.

Nam *astra* quomodo liquida? Dicit Eridanum medium fluere inter Heladum siluam, de qua locutus est. Aratus *πολύκλωρον ποταμὸν* vocat, quia Electra, lacrima Heladum, in Eridanum stillant. Naso:

— *stillataq. solo rigeferunt*

De ramis Electra nomen, qua lucidus annis

Excipit, & nimbibus mittit gestanda Latinis.

Huius pars vnda.] Nouem horum versus proponam variationem, & verisimilem lectionem. Versu primo MS. *mediu tenet* pro *lauum ferit*. Versu tertio coniecit. Versu quarto *Equore Pistris radians* sunt lib. ca. Versu quinto,

pro *specie* habet *caelo*; versu sexto vulgati *Sub leporisq. latus versans*, versu septimo MS. *flexus*, *clauumq.*, versu octauo ita habet MS. *Atque hac ipsa nota est nullam prabere figuram*, versu penultimo vulgati pro *quibus cisi* propria desit habent etiam quibus *et sua desit*. Nunc meam lectionem proponam.

Huius pars vnda lauum tenet Orionis

Lapsa pedem: Procul ambobus, qua Piscibus vna

Vincula connectit nodus, cristam super ipsam

Equorea Pistris radians, sunt libera caelo

Sidera, non vllam specie reddentia formam,

Sub Leporis latus, auersam post denique puppim,

Inter & Eridani flexus, clauumq. carina:

Atq. hac ipsa nota est, nullam prabere figuram.

Sunt etenim toto sparsi sine nomine mundo

Inter signa ignes, quibus & si propria desit

Forma, per appositum nascuntur lumina signi.

Vides multa ex committis lectionibus emendata, multa à nobis, ut pro *amotis*, ambobus *ἀποφα* Arat. pro *usus*, *vna*. Pro *aquore Pistris*, *Equorea Pistris*. Pro *prabere*, *prabere*, pro *etiam*, etenim, pro *oppositi* *appositi*, ubi Aratus *παρὰ πρὸς* quae omnia probabit qui sensum attentius inspicit, & haec cum Arato eiusque interpretibus conferet.

70. Est etiam à geminis.] Iterum terni ex Manuscripto. Versu secundo pro *fugiat* legendum *fugiat*.

Sed qua vestigia.] male MS. *qua*.

Quaq. caput Piscis.] haec distinctio à nobis, ut multa. Antea legebatur:

Quaq. caput Piscis mediâ regione locata nullo sentu.

Causa est.] Ita MS. Non male etiam vulgati:

Nullum nomen habens, nec causam nominis vllam.

Causa nominis est fabula.

Defundit.] Ita MS. alieno tamen, ut monuimus, loco. Vulgati *diffundit*.

Imitata.] *imitata* *impariter*, Passiue. Simile est illud Maronis:

Nunc oblita mihi tot carmina.

Equibus.] male MS. Et male sequenti versu *Squamiger iustis* & ibidem *signis* pro *signi*.

Squamigera Pistris.] Ita distinguendum, non ut ante:

E quibus vna magis sub caudâ stella relucet.

Squamigera Pistris pedibus subit altera.

Sive honore corona.] Videtur Germanicus in Arato *ΑΓΝΩΤΟΙ ΚΥΚΛΟΙ* legisse pro *ΑΙΝΩΤΟΙ*, qui error valde procliuus. Imò & Cicero, qui transfert:

Atque priora pedum subeunt vestigia magni

Arcitenentis, & obscura sine nomine cedunt.

Nullum pericia.] MS. *pauculum*. lege *pauculum*.

lum. Paulum autē, non paulum pernicia. Videri possit legisse etiam non ἄλλοι, sed ἄλλοι γέ ῥο ἄλλοι. Nescit ἔξωθεν, ut sit ἄλλοι ἰαδοι, paulum autē.

72. Thuribulum.] Duo hic versus ex Manuscripto restituti. quarto versu habet MS. occasum inducta voce tangit, quæ nisi ad versum videretur necessaria, possit videri ex sequentis vocis similitudine perperam repetita: nunc potius in MS. ob similitudinem omiſſa, quod non rarum. Quintum ita habet Thuribuli meta vix calum suspicit etiam. supra retulimus versum illum

Scorpius erepta torquet qua spicula cauda. Superestis hic desideratur. qui vnā cum aliis ita est legendus:

Scorpius erepta torquet qua spicula cauda,
Thuribulum vicinū austris sacro igne videbis
Arcturum contra: sed quanto tardius ille,
Occasum occasu tangit, tanto magis arctus
Thuribuli meta: vix calum suspicit, Et iam
Præcipiti tractu vastis dimittitur undis.

Hoc est: apud Scorpij acumen inuenies australem Aram oppositam Bootæ, sed quanto ille tardius occidit, tanto arctiores sunt metæ Aræ: adeo vt vix ortum sit, quin statim iterum occidat. Similem phrasin, in qua quanto & tanto cum comparatiuis ponuntur habes supra:

— quanto breuiore Lycæonis Arctos

Axem actu torquet, tanto pernicior ille.

Distantes cursu properat contingere metas.

Ita enim emendauimus. Quo ex loco etiam liquet, quid vocet metas signi alicuius, scilicet, duo puncta ἀνατολῆς & δύσεως, quæ in Horizonte imaginamur.

Notis.] malè vulgati nouis. Notis quædam, non vobis.

Cætera cali.] MS. tempore malè.

Splendore timeto.] Ita vulgati MS. splendenti metuentum. Indubiè legendum: splendente timendum. Ex transpositione & repetitione error, an è Glossa?

Pacem pelagi.] Auienus simili phrasi.

— Thetidi terrisq; supina

Pax aderit. Vulgati habent supinis.

Siccantur substricto.] Malè vulgati astricto.

Pro siccantur puto spissentur legendum. Cum enim νεγία siue cornu, sit τὸ ἐπ' αὐτῆς ἰσὺ δεινῶν, τὸ ἀγὼν ἔβλον, ἢ ἰξάπτε) ἢ ἰθὺν, sequitur velo turgido laxari, substricto spissari, quod fit in tempestatibus. Rigidos similiter rudentes in procëllâ vocat, quod contrarium est ei quod supra dixerat excessos, in vento moderato & secundo.

Et rigidi.] Pellimè vulgati.

Erigat emittantq; lacus per inane rudentes.

Quod si deprensâ.] malè vulgati deprensâ.

malè MS. turbabit.

Soluetq;.] MS. seruetq;. Lege:

— sorbetq; inimicum Nereæ pro vâ.

Vera emendatio:

Vel si respexit.] Lectio manuscripti, distinctio nostra: neutra valet in vulgatis: est enim:

Vel si perispezeris seruator Iupiter ager,
Seruator Iupiter ἔδῳ οὐραγ, quem agnoscit auctor libelli de Mundo, & Aristophanes in Pluto.

Nullatata.] Malim iactati ὀρθῶν Arato: neque enim satis rectè Salus inactata dicitur.

Perfulseris.] Vulgati effluxeris, quod ex effulseris natum. Idem male pro omnem habent orbem. Nam quod in altero versu, pro orbem, ornam habent, tolerandum est. Sed Manuscripti lectio vera, si ita iuues:

Qua Borean, cali spectantibus, indicet orbem. Pars omnis effulgens spectantibus cæli orbem Borean indicat. Quid clarius?

74. Sane etiam flammis.] Versus hi tres sunt Manuscripti, quos nos distinguimus.

Seu pradam è siluis.] MS.

Seu pradam siluis perat, seu dona propinqua. & altero versu pro admonet, admonet. Sed hi versus ita legendi & distinguendi:

Nascitur intacta foæpes sub Virgine: dextra

Seu prada è siluis perat, seu dona propinqua

Placatura Deos, cultor Ionis, admonet Ara.

Vide Aratum.

Hic.] malè MS. Sic. Quamquam verò iustissimus, quodammodo tolerari posse videatur, tamen malim iustissimus. Nam habemus in Orphæicis Argonauticis de Chirone ἀνατολῆς ἢ δύσεως. Et Auienseum arbitrum equi nominat.

Hic humero.] malè MS. Hinc. & pro scandens, scandit. Vulgata proba.

Si tenuem.] malè vulgati sic & stellâ sue.

Toto clarus equo.] Aratus ait:

— ἄρα μὲν πρὸς τὸν ἰόντα ἔχρησται ἔδῳ

Νύξινι παμφανώων ἰονεῖα.

Hoc est explicante Scholiaste ἔδῳ τὸ ἰονεῖα τὸ ἀπὸ τῆς οὐραίας ἀποτολῆς ἢ δύσεως. Hoc est: postea verò easdem notas in Thuribulo Nox perficiat, quas ante diximus. Quem sequitur Auienus:

— Et calo sint omnia signa priora.

Et Cicero:

Atque Aram tenui caligo vestiat umbra.

Ita enim ibi lego, non caligans. Germanicus μεταπίδες interpretatur, posteriora Centauri τὰ ἐπ' αὐτῆς & ἰονεῖα ἔχρησται intelligit ἀπὸ τῆς ἀπὸ τῆς οὐραίας. Cætera quæ sequuntur ἐπὶ παμφανώων sunt illi non intellecta, & neglecta.

Nec procul.] Tres iterum versus ex Manuscripto: Duo sequentes ita sunt in vulgatis:

Hic primos ortus Crater premit ulterioris,

Vocalis rostro corni super, Hydræq; luces.

Deinde

Deinde alij duo ad hunc asterismum pertinentes in Manuscripto sequuntur, quos omnes admodum corruptos ita emendauimus:

Nec procul hinc Hydros trahitur, cui cauda supernè

Censaurium lucet, tractu subit ille Leonem, Peruenit ad Cæterum capite, & tria sidera tangit.

Hinc primos totius Crater premit, ulteriores Vocali rostro Coruus forat: omnia lucent,

Et coruus pennis, & paruo pondere Crater, Et spatio triplicis formatus sideris Hydros.

Confer cum Arato. Hydram vocat, vt & Capella, quem Aratus Ἰδρῶν, vt & alij Latini: quæ dubito an rectè distinxerit Isidorus cuius verba adducam: *Hydros aquaticis serpens, à quo isti oburgescunt, cuius quidam morbum Boam dicunt, eò quod fixo bonia remediatur. Hydra, Draco multorum capitum, qualis fuit in Lerna palude Arcadia, hac Latine exedra (l. excetra.) dicitur quod vno capite tris excrescant.* De Boà quod ait fallum: nam ipse Hydros Boa dictus, quod boum lacte alatur, & inde morbus, quod ex eo tanquam ex Boæ morfu corpus papulis turgescat. Habet tamen Isidorus autorem suum Plinium: Sed ego Plinio Plinium obiciam. Nam is ipse, id quod de bubulo lacte dixi, & etymologia, confirmat lib. 8. cap. 14. vbi etiam ostendit Boam in immensam magnitudinem excrescere: Ergo *boa* & *excetra* idem nec minus *Hydros*, & *Hydra*. Sed vt ad Germanicum reuertamur, pro *tristitia*, substitui *tris* Arato iubente. Similis locus erat ille supra positus:

— duo sidera perlegit vnum.

Cætera, non dubito, probabunt ij quibus aliquid est naris. Alios non curamus.

p. 70. *Sub geminis.* Hic quoque versus vltimus primæ partis Phænomenon, in vulgatis defuit, in quo nouè, imò antiquè surgit actiuè dixit. Nec mirum cum *surgo* per syncopen sit pro *surrigo*.

p. 80. *Hic calo ornatus.* Ab hinc omnia ad finem vsque *πρωοδῶν* nusquam hætenus edita, nunc primum nostrâ operâ, Manuscripti ope, prodeunt.

In morti loca. Lege:

— semel adsignata tuentur.

Immoti loca.

Immoti, ἀπὸ κινήσεως.

At quinque stella. F. *At quinque stella ob versum, quanquam alias non negem Græco more breuicem duabus illis consonis sequentibus posse produci: sed hoc Germanico inusitatum.*

Haud equidem possem. Versus hos deprauatosita legendos achinor:

Haud equidem possem alio contingere signo,

Quod diuersa via est: hic, atque hic sapè videntur

Occasus, ortusque.

Non possis, inquit, Planetarum alterum per alterum comprehendere, vt in fixis stellis fecisti, vaga siquidem illis via est. Ita Auicenus:

Nullus eas alio pacto deprehendere certet,

Tã vaga per totã cunctis via defluit abstram. Deinde, ait, ortus occasusque non vno fiunt loco.

Hoc opus arcanis. Dicit Aratus, se non auctere Planetarum naturam versibus exponere: Germanicus dubitat, vt ùmne hausta ex Chaldaeorum & Ægyptiorum Mysteriis (vnde arcanas Musas vocat) disciplina, aliquando laboriosum ea de re opus sit conscripturus: vtitur itaque Phrasi Belgis vsitata, qua de re dubia ita loqui solemus, *Tempus docebit.* Hoc ipsum Syntagma, de Planetis eorumque operationibus, quod tunc cum hæc scriberet in manibus habuisse videtur, postea perfecit. Et aliqua adhuc Fragmenta restant longè elegantissima, quæ inferius exponemus.

Tempus & ipse labor. Lege, & distingue:

Tempus, & ipse labor, patiatur Fata, docebit.

Et Signorum partes. Ait quatuor Circulos Signorum ordinem & partes explicare. Malè videlicet intellexit Aratea illa:

Ἀπὸ τῶν τῶν πέντε, τὰς ἀδίδες Κύκλους

ὀνομάσει.

Ἡ τὴν ἑκάστην καὶ ἐπιπέδου διώσει

τίσσορα. Quasi diceret:

Et fixorum orbis, & sidera dicere cali,

Sidera, quis pariter respōdent quattuor Orbis.

Per τὰ ἀδίδες Κύκλους Fixas stellas intellexit, vt & Cicero: Et τὰ γὰρ ad ea ipsa sidera retulisse videtur. Longè aliter Festus, quem vide.

Nec par est illi. Versus hos ita puto legendos:

Nec par est illis spatium; duo namq; seruantur

Inter se aequales: duo quorū est maxima forma,

Et totidem rursus prædictis ante minores.

Hi semper distant: illos communia signa

Committunt; qua se tangunt, pars aqua rotarum

Diuiditur, binos vt si quis desecet arcus.

Sensus est: Non sunt hi circuli æquales, sed duo *δύο* *δύο* *ἀνὸς ὀλίγοτεροι*, hoc est, duo sunt inter se æquales: Duo videlicet maiores, duo minores. Minores sunt *παραδιδόμενοι*. Maiores, Æquinoctialis & Zodiacus ad duo puncta interfecant se mutuo in æqualia hemicyclia, siue arcus. Duo versu secundo repetitum ob versum & sensum. Tertio versu, rursus substitui, pro *inter se*, quod perperam ex versu præcedenti videbatur repetitum. *Signa* vocat *σημεία*, Græco more, quæ vulgus Mathematicorum *Πuncta* solet appellare. Ita Mart. Capella in Musica:

Sonus quippe tanti apud nos loci est, quanti in Geometricis signum, in Arithmetiis Singulum.

p. 04. Medius ut lucet.] Malim & lucet.

Nulla minus.] Puto legendum:

Lacteus hic orbis nullo minor orberotatur.

Sed quia in Arato non est hoc, puto verum esse supposititium, & ex illo quem infra habes:

Hos inter medius nullo minor orbis habetur, quodammodo adumbratum. Itemque ex illo Ciceronis:

Lacteus hic nimio fulgens candore rotatur.

Per Geminos currit.] Versus hic plurimi imò ferè omnes in quibus sidera describuntur quæ Tropicum Canceri attingunt, corrupti, mutilati, transpositi, aliisque supposititiis interpolati, aded ut cum Arato illis nihil conveniat: quare relictis iis quæ superflua visa sunt, additis paucis quæ necessaria, transpositis in suum locum quæ dissiata, mutatis quæ mala visa sunt, hanc translationem ex coniectura concinnavimus, ita tamen ut nusquam nimium à lectione discederemus:

Per Geminarum humeros currit, vestigia tangit
Auriga, plantamque tegit Perseida laenam,
Transversa Andromeda secat & lacera veraque
intra.

Et totam absque humero dextram: tum candidus ora,

Cygnus habet, pariterque feri pernicia crura.
Hæc Ophiuchi humeros vastos fulgere notabis.

Effugit at Virgo: totus Leo: totus in ipso
Cancer: ab hirsutis omnem secat ille Leonem
Clunibus, hirsuti que iubam per pactoris exit.
Cancro qui fulgent oculi inter regula currit.
Hunc octo, &c.

Geminorum humeros, scripsi ex illo versu. Et Geminis humeros. Illud pariterque Feri pernicia crura, ex eo versu: Dividit & Sagittiferi medium pernicia crura. Ferum autem Equum intellige *ὄρθρα* d' *ἰσθμοῖ* Ar. Versus ultimus clarus est, sed coactus: Ideoque dubito an non à Germanico omissus à Monacho sit suppletus. Cætera omnia aut ineptè ob similitudinem repetita, aut ex alterius Phænomenis perperam hic inserta. Et possem ferè locos ostendere Arati, ex quibus singula translata. Sed non est tanti. Tu, si hæc cum Arato conferas, coniecturam probabis.

Fulgere notabit.] Lege:

Quinque super terras semper fulgere notabit,
Abdit tres vadas, laevibusque latere sub umbris.
Tunc habet æterni.] Legendum:
Tunc habet ætherij cursus fastigia summa,
Erecto quoque polo Phæbus non applicat unquam
Candentis curruis: adverso nititur orbe
Dum tangat metas: pravus denoluitur inde.

Egregia mehercule emendatio: scisus est. Cum Sol ad Circulum Canceri pervenit, iam in summo est. Neque enim ad Polum ipsum potest pertingere. Eousque igitur scandit aduerso quasi cælo: Deinde pronus iterum in Austum declinat. Auienus:

— neque celsum semita in axem

Sideris erigitur: via rursus nota iugales

Suscipit, in quo notum rutili redit orbis Solis.

Quibus similia in Arato deesse videntur, nisi hæc Auienus, quod crediderim, ex Germanico expresserit.

Hinc Boreæ propior.] Lego:

Hic Boreæ propior: contrarius excipit Austros.

Ægoceros metas hyemis glaciatis Austri,

Ætatisque tenet stagnantia sidera Cancer.

MS. præter alia quæ ex textu deprehendes etiam tertio versu *fraglantia* habebat, quod non nouum. Imò hoc etiam mihi, puto, assentientis, versus illos duos posteriores locum inter se mutare debere, ut ille qui de Capricorno loquitur sit posterior, nam sequitur statim:

Hoc medium sidus fundit deuenior orbis,
quod ad Capricornum necessariò referendum docent illa Aratea:

Αἰθρῆ δ' ἀντιόωνε τίτῳ μέσῳ ἀπὸν ἰσθμῶν

τίτῳ.

Hoc est:

Alter in opposito Capricornū diuidit Austro.
Contigit leporis.] Hocse versus ita puto legendos:

— velocia crura

Cotingis Canis, & Leporè iam desecat innum.

Desecat & sacra speciosa aplustria puppis.

Magnus micat orbis in illo.] Fortè legendum *magnus micat arcus in illo*: Aratus *ὁ μέγας ὀρθρὸς ἀπὸν τῆς ἄρκου*. Magnum arcum supra quoque dixit:

Belligeri Titan magnum cum contigit arcum.

Radiatos.] In MS. erat spatium vacante *radiatos* unde ego radiatos feci. Cicero similiter quanto Academicorum *Solera radiatum* dixit. Sed hoc vulgare.

Librato sidere mundi.] Fortè librato pondere mundi. Auienus:

Cur spaciū lucis madida cum tēpore Noctis

Libra celeris, aries dimenso pondere Olympi

Æquarent.

Dimenso (malè demenso in vulgatis) Festo, quod Cæsari librato hoc est equato: nam mundum nihil aliud esse quàm cælum iam notum.

Sed princeps. Aries.] Hyginus: Nunc protinus XI signorum figuratiōnem dicemus, quorum est princeps Aries. Anonymus: Nigidius hunc arietem dicit Ducem & Principem esse signorum Zodiaci circuli. In Catalectis: Signorum Princeps Aries: & Manilius:

Aurato Princeps Aries in velleris fulgens.

Duo sidera cruria.] Habet enim Taurus in flexo

Sexo crure duo sidera, alterum in genu, alterum in vngula. Vide Hyginum.

At medium.] malè MS. *Ad*, cui similes errores plurimos in hisce *Arato* & *Germanico* correximus.

Coruique querentis.] Possit ex fabulâ conijcere *Coruique querentis*. Dicitur enim in fabulâ *Cra-terem gerere*, quod tamè in asterismis aliter est. Sed satius est *querentis* interpretari *αδελφωτε*. *Coruus* autem in caudâ est *Hydræ*, quare benè subiungit *deficiunt nigra quæ sidera cauda*. Sunt enim stellæ illæ obscurissimæ. Hyginus in asterismo *Hydræ*: *in quintâ usque ad caudam novem, omnes obscuras*. Vbi pessime Scholiastes Anonymus octo *clavas* posuit: quamquam non sint extremæ obscuritatis, sed quartæ vel quintæ vt vocant magnitudinis. Sed intentius Germanici locum perpendiculari legendum videtur:

————— *cornique querentis,*

Vltima deficiunt nigra quæ sidera caudâ.

Corpus nullas habet in caudâ stellæ: Eas Germanicus ait deficere, visui nostro imputans, vt & alibi notauimus, quod reuera nihil est.

Et celsi mediam.] Versus hic possit vna voce, quæ temerè repetita videtur, inducta, iuuari, hoc modo:

Et celsi partē Anguis, & à medio Ophiuchi. Sed quia Aratus & alij genua tantum exprimunt, de Angue etiam non meminerunt. Itaque donec certius quid, quod futurum vix putato, afferatur, substituetur:

Hic etiam celsi genua aspicias Ophiuchi. qui versus ab altera scriptura non omnino recedit: nam pro *mediam* habes etiam pro *anguis* & habes *aspicias*. Vox *celsi* manet, *Ophiuchi* casus tantum mutatus. *à medio* quia ex repetitione vocis *mediam* natum videtur, inductum. Sed nolo hisce fidem aut tuam aut meam obligare. sufficiat tantum hoc proposuisse.

Nec procul inde Aquila.] Versus medebris ita repetitis literis:

Nec procul inde Aquila: at toto capite incubat ardens.

Longa.] MS. habebat *longè*. Alibi dixit:

Et capite & longa ceruice insignior exit.

Rectè igitur restituiimus: *longa spatio ceruicis inhaeret.*

Quorum actus.] *tractus* Legendum:

Rectus.] Legit Germanicus non malè in Arato *ἀπὸς αὐτῆς αἰσῆς ἄγαν*, ubi nos *ἀπὸς αἰσῆς* habemus, quam lectionem sequitur Auienus:

Hoc omnes recto contentos tractus cali

Distantesque pari spatio sibi, transigit axis.

Sine sine notantur.] Lege rotantur.

Quartus in obliquam.] Legendum puto:

Quartus in obliquum tres vnus colligat orbem:

Partibus extremis diuersos implicat vnus.

Inter verumque, secat medium defectum in illum.

sensus est; Zodiacus tres alios contingit: extremos tantum tangens: medium per medium secans. Argutè Cicero:

Partibus extremis extremos continet orbem,

Et simul è medio, media de parte secatur.

Ipsè Germanicus supra:

Internalla trium diuersos colligit vnus.

Implicat hic dixit, vt & alibi:

Fundentis lateres genua implicat.

Versum vltimum possis etiam hoc pacto legere:

————— *Vnum*

Inter verumque, secat medium, defectus ab illo.

Vt *mutua intersectio* Zodiaci & Equatoris indicetur.

Equalis aries.] Legendum:

In sex signiferum si quis diuiserit orbem

Æquales partes succumbit regula binis.

Inferior signis, spatij tantumque tenebit.

Vna, sui lateris quantum à Tellure recedit.

De hoc loco, siue eius sententia, ad Aratum diximus. *Latus est linea recta*. Ita alibi:

————— *quantum latus à pede dextro*

Cephius extremâ tangit Cynosurida caudam,

Tantumdem ab lauo determinat.

Ira enim illum locum emendauimus.

Nec tamen.] Versus mihi videtur *ἀπὸς αὐτῆς αἰσῆς*

Aut necesse est Germanicum admodum malè intellexisse illum Arati versum:

Ὀσὸν δ' ἀπὸς αὐτῆς αἰσῆς ἀπὸς αὐτῆς αἰσῆς

Hoc est:

Quantum ab humano se tendit linea visui.

Bi senis lucida signis.] Sic alibi:

Vna via est Solis bisseis lucida signis.

quod Fragmentum Germanici quia elegantissimum est, & ad Zodiacum, de quo hic agitur pertinet, & nunquam antehac editum est, non verebor recitare, prout à nobis est emendatum:

» Vna via est Solis bisseis lucida signis:

» Hac rapitur Phœbe, per idē Cythereius ignis

» Fertur iter, per idem cristatus vertice Maiors,

» Mercuriusque celer, regno cæloque verendus

» Iupiter, & tristi Saturnus lumine tardus.

» Omnibus his gemini motus, quorum alter

» ab ipsis

» Nascitur, & propius ostendit sidere nisus,

» (Tunc mundū subeūt læto pede) cœcitus alter

» Inuitos rapit, & cæli circumrotat orbem.

» Annua sol medius designat tempora, Phœbe

» Menstruat nanq. anno Solē remeare videbis,

» Mouerit vnde suos currus per signa volantes.

» Hoc peragit spatium breuiore citator orbe

» Mensen expletur Phœbe contenta diebus,

» Annuus est Veneri cursus, neque tardior illa

» Mercurius: binos Gradius perficit orbem.

Ita nos distinximus, & emendauimus. In Manuscripto nostro his erat P H O E B E duplici &

notatum, quæ antiqua est litera Græcæ &

apud Latinos scriptura. Habebat idem liber pro circum rotat, circum nozar; pro nanque anno, nam quã anno. Deinde versus ille qui antepenultimum præcedit, ita scriptus erat:

Hoc peragit spatio breuior citatior orbe,

Item Contempta pro Contenta, & Annus pro Annuus, & si quæ similia. Pertinet hoc Fragmentum ad librum Germanici de Planetis, & Signis Zodiaci, eorumque operationibus coniunctis.

Nobilis hic Arius.] Locus est elegantissimus, in quo XII siderum fabulæ breuiter attinguntur, quem nos, more nostro, integrum proponemus:

- » Nobilis hic Arius aurato vellere quondam
- » Qui tulit in Tauros Phryxum, qui prodidit Hellen,
- » Quem propter fabricata ratis quem perfida Colchis
- » Sopito vigile incesto donauit amori.
- » Corniger hic Taurus, cuius decepta figura
- » Europe thalamis, & virginitate relicta
- » Per frera sublimis tergo, mendacia sensit
- » Litora, Creteo partus enixa marito.
- » Sunt Gemini, quos nulla dies sub Tartara misit:
- » Sed cælo semper, nautis lætissima signa
- » Lætos statuit iuuenes pater ipse Deorum,
- » Te quoque fecundam meterer cum cominus Hydram
- » Alcides ausum morsu contingere bello
- » Sidere donauit, Cancer, Saturnia Iuno,
- » Nunquam oblita sui, nunquã secuta nouerca.
- » Hinc Nemeæus erit iuxta Leo, tunc pia Virgo:
- » Scorprios hinc duplo, quàm cætera, possidet orbe
- » Sidera, per Chelas geminato lumine fulgens.
- » (Quæ mihi dicta canant magnum scelus Orionis.)
- » Inde Sagittifero lentus curuabitur arcus,
- » Quæ solitus Musas venerari supplice plausu
- » Acceptus cælo Phœbeis ardet in armis.
- » Cochlidis inuentor, cum vis Titania flatu
- » Bellantem est mirata Iouem, pietatis honore
- » Vt fuerat geminus forma, sic sidera cepit.
- » Hic Auguste tuam genitali corpore numen
- » In cælum tulit, & maternis reddidit astris.
- » Proximus, infestas olim quas fugerat vndas
- » Deucalion paruam defundens indicat vnam.
- » Annua concludunt Syriæ duo numina Pisces
- » Tempora; at hinc iterum prædictus nascitur ordo.

Versus sunt elegantissimi, ad quos explicandos nos accingamus.

Prodidit Hellen.] In Catalectis:

Proditor Europes, & portitor Europæus Thalamis, & virginitate.] *Thalamus* hic nihil aliud quam paruos Renates significat.

Ita apud Homerum Ἰθάλαμος, Ἰθάλαμος, fratresque, relinquens.

Partus enixa.] Ita loquitur Iupiter Taurus ad Europam apud Moschum:

Ἐξ ἐμῆς ἔσθ' ἄδύτης μάλα φέσται ἡἴς.

Hoc est:

Egregia facies me prole parentem.

Cancrum.] *Cancer* legendum est: vt ante nos docuit Scaliger omnium ore prædicari meritissimus. Est enim Ἰσσοροφί. Fabulam, quæ hic tangitur, præter Hyginum, & Anonymum egregius versibus explicat Auienus:

— Hic etenim Lernæi gurgitis Hydram, Vreter Alcides cū stammiger, ausus in ipsum Repere victorem.

Nunquam secuta nouerca.] Auienus:

— ἀστράς Cancro Inno nouercas vt semper proderet iras Præstitit.

Pia Virgo.] In Catalectis similiter:

Atq; Leo primus labor Herculis, & pia Virgo.

Scorprios.] Locum hunc supra emendauimus. Sensus est: Scorpionum duplum tantum spatium possidere quàm cætera, vt pote cum Chelas in se complectatur, vnde μέγα φέσται Arato.

Quæ mihi.] Per Parenthesin hæc legi debent, & Ἰου νεμεῖος. Pro *sedus* quod versus ipse respuit *scelus* legendum: Occasione Scorpis in Orionis facinus cum indignatione inuehitur.

Supplice plausu.] Anonymus, de hoc ipso Sagittario: qui inter Musas sapius commoratus, plausu cantus earum distinguebatur. Et huc alludit *Croti* siue, *Crotonis* nomen quod illi tributum. Phœbea arma versu sequenti esse videntur arcus & sagitta.

Poplitis inuentor.] Legendum posui: *Cochlidis*. Theon cuius verba ita legenda & transponenda: ὁ δὲ κοχλιδῶν ὄνομα ἐστὶ τῆς ἀστῆρος, καὶ τὴν ἐλθὼν δὲ ἐκ τῆς Ἰωνίας. Bis ὁ πῶς ἐκ μεταλήθης διὰ τὸν ἀστῆρος. Ἄρα δὲ ἐστὶ τῆς κοχλιδῶν ἐκ τῆς Ἰωνίας, διὰ τὸν ἀστῆρος ἐκ τῆς Ἰωνίας. Hunc ex parte interpretatur Hyginus: *Hac etiam de causa eius posteriore partem Piscis esse formationem, quod muricibus, id est maritimis conchylis hostes sit iaculus pro lapidum iactatione.* Anonymus ex Hygino: *quod Dicolon inuenisset in mari idem Piscis cauda notatum.* Vbi similiter transpositis literis *cochlidem* legendum. Κοχλιδῶν, κοχλιδῶν, κοχλιδῶν, seu κόχλοι sunt ἄστῆρος οἱ ἐκ τῆς Ἰωνίας, Capilli aquatici.

Cuius Titania flatu.] Legimus supra:

— Cū vis Titania flatu

Bellantem est mirata Iouem.

Tunc, ait, cū Titanes Ioui arma inferentes mirati sunt illum bellantem, & ipsos fugantem solo Ægipanos flatu. Scholiastes Græcus τῆς δὲ

ἢ καὶ ἀστὴρ πᾶσι καλεσθῆναι τοῦ πᾶσι ἐπι-
ψαῖ. Hoc est: Sonitu suo, qui Panicus dicitur
Tisanas in fugam conuertit.]

Ut fuerat geminus formā.] Respicit eò, quod
Capricornus sit ἑ διμήρων ἄστρον. Sic ipse alibi:
Aut ubi cōsurgit Capricornus & ipse biformis.
Manilius:

Atque ex diuerso commissis corpore membris
Ut Capricornus, & hic qui tenui dirigit arcū
Iunū Equo.

Anonymus de signis Zodiaci loquens. Item
quartus quoque eorum, aut Tropicum, aut so-
lidum aut deforme. Lege I. q. quodque eorum
a. T. a. f. aut biforme. Et paulò post deformia
legendum biformia, vt notum est illis qui ali-
quid illarum nugarum gustarunt.

Patriamq; parentem.] Parentem iamdudum
legendum monuit Ill. Scaliger. Diuinè. Motu
enim Cautilinario natus Augustus, horosco-
pante, vt putabatur, Capricorno.

Deucalion.] In Catalectis:

Deucalionis aqua, & Pisces postrema figura.
Vide Hyginum, & Anonymum. Lektionem
nostram certam satis, quæ talis:

Deucalion paruum defundēs indicat urnam,
magis adhuc firmat istud Manilianum:

Post hanc inflexā defundit Aquarius urnam.

Syria duo nomina.] Numina emendauimus.
Potes interpretari vel Συρία, quia omnes Pi-
sces colunt Syri; Clem. Alex. ἐπὶ τῆς τοῦ Φοί-
βιλιου σύρων κρητισμῶν, ὡς οἱ μὲν τὰς ἀεισι-
τάς οἱ δὲ τὰς ἰχθύς ἔτι οἰκοῦσι ἀειπῆς ὡς ἰλιῶν
τῆς Διῶ: qua de re aliàs, aut de hisce Piscibus
tantum, quorum alter Venus Syria, alter Cupi-
do, vt vult Hyginus.

Lanigeri, & Tauri.] Quatuor hi versus spu-
rij sunt: neque enim cum iam recensuerit om-
nia sidera eadem potuit repetere, neque ipsa
verba cohærent. Quartus versus ne sensum
quidem habet. Alij versus iterum desunt, quod
ex Arateis facillè liquet. Desunt enim omnia,
quibus translati fuerunt versus illi Aratei post
siderum Zodiaci enumerationem, ad illum
vsque ἔκκεν ἀπὸ βλάστη.

Cætera tam prorsus.] Fortè legendum.

Cætera tum prorsus ardentia suspice flammis,
Quid cadat, aut surgat, summòve feratur
ab orbe.

Pronas flammæ habet, quia ad nos versæ. Sum-
mo ab orbe ferri vocat μὲν ἄστρον. Cætera quæ
sequuntur ex Arato non sunt, & ita legenda:

Quantòve exiliūt spacio cū carula linquunt:

Nanq; aliud pernix, aliud maiore trahetur

Mole alio: Oceanum tardo linquentia passu.

Hoc dicit: Oebere eum qui noctium dierum-
que mensuram scire velit, quod nautis in sum-
mo est vsu, vnde supra:

Θὸτ' ἂν τῆ νυκτὸς ποσὸν ἡμέρας ἔχουσιν ἡμέ-

Ελθοῖ, ἢ μάλα βραμείνη. Et infra:

Η νυκτὸς μίτρον γ' ἢ τὸ πᾶσον ἀρξείλει.

præcipuè obseruare, quæ tardè orientur, quæ
celeriter. Nam teste Capella pro diuersitate illa
signorum, dierum noctiumque fit inæquali-
tas. Subiunxit itaque regulam de tardè orien-
tibus, ea videlicet causam dare dierum lon-
giorum: Sed sensus imperfectus est ob versus
vnius pluriūve defectum. Neque immeritò
dubito an hæc ad Phænomena, an potius ad
alterum opusculum, in quo fortè de ortuum &
occauum temporibus egerit, pertineat.

Quod sine sine.] Corruptissima sunt hæc, sed
ita emendanda:

Quod si nube caua Solis via fortè latebit,
Occulet aut signum conscendēs vertice calum,

Alus Arbos, vel Cyllene, vel candidus Hæ-
mus

Gargaron, aut Ida, superisve agitatus Olym-
pus,

Tunc dextra lauaq; simul redeuntia signis
Sidera si noris, nunquam te tempora noctis

Effugient, nunquam veniēs Tithonius ortus.
Pœtice πικραφῶς ἢ ἰστα Aratea:

ἄταρ ἐνιφθίονι μίλαινα
Γίροντ' ἢ ὄρεσ' κικρυμείνα ἀντίλοιον,

Σήματ' ἐπέχρήμεισιν ἀρηρότα ποιήσασθ.

Et quæ sequuntur. Tithonium ortum dixit ab
Auroræ marito. Emendandus Auienus qui
alibi dixit:

Nam Tithoneo cum sunt elata profundo.

Vbi malè Nanque Titaneo legitur.

Cum primum Cancrum.] Sequitur pars ter-
tia ex diuisione nostra, cui astipulatur Leon-
tius, cuius verba breuius referam: Ἀλλὰ μὲν ἔτι
ἐκείνο λαδὸν χεῖρ' ὅτε τὸ πρὸ τῆ ἀστέρων λόγον ἔσ-
ταία μέγα Διαιγεί ὁ Ἄρατος κη' εἰ μὲ τῶ πρώτῳ
διδάσκει περὶ τῆ πρὸς ἀπὸ πλάυ αὐτῶν Δέσπας' εἰ δὲ
τῶ δ' ἄστέρων περὶ τῆ νοεμένης αὐτῶν ἰσὸ τῶν κύ-
κλων τομῆς, ἢ οἰκισσέν αὐτῶν πρὸς τῆς κύκλων
χέρας. Εὐ δὲ τῶ λοιπῶ, ἀπὸ τῆ ἡνομήνης αὐτῶν
πρὸς τὰ ἀνωτὶ μέρη ἢ τῶ Διαιγῶ εἰσέστας.

Minoia.] Lege Μίνοια ob versum: ita Græci
μινῶα, & μινῶα.

Occidit & dorso:] Lege:

Occidit & dorso Piscis, caudamq; priorē.

Cauda priorē dixit, non quasi duas habeat,
quod ἀδύνατον, sed quia cauda priorē occidit
ἰξόπιθον πικραμίνου, Aratus.

Mergitur in totos.] Videtur hic deesse versus:
Et iamdudum obseruauit in tertia hac parte,
aut Germanicum admodum negligentem fuisse
in Arato transferendo, aut exscriptores, quic-
quid repetitum videretur suo more induxisse,
Dixerat Aratus:

Τὸν δὲ κη' εἰς ἄμπε κατὰ μὲν ἄρδ' ὀφείλων
Καρύνου ἐκ γῆρας κατὰ γῆρ' ὀφείλων

ἰξύς.

Itaque penihil dicamus hoc afferemus. Versus
suprà vnus supererat talis:

Nixa genu facies, & primis ignibus anguis
Possit videri versus ille huc pertinere: Nam pro
ἐν γυνάτω videtur Hyginus etiam ἐξ ἰσίου le-
gisse: Nam & ille Engonasia Cancro oriente
occidentibus annumerat. Sed diligentius in-
spicienti facile apparebit nullum hic erratum
librarij, sed potius Germanici:

Mergitur in totos humeros Ophiuchus, &
anguis

Vltima cauda micat: torrens habet ille it-
mendos.

Illud ἐν γυνάτω meritò neglexit, quia non po-
test Ophiuchus occidere ad humeros, nisi ab
ipsis genibus, imò à pedibus. Hoc rectè. Illud
ἀνχίς & ἐξ ἰσίου ita intellexit, quasi diceret à ca-
pite ad collum mergi, cum à cauda ad collum
mergatur, vt res docet, & Hyginus: *& anguem*
totum præter caput & cervicem. Videtur cum
Germanico intellexisse Cicero:

— *clarumq; recondit.*

Anguinenens validis magnum à cervicibus
anguem.

Aliter enim ad cervices dicere debuerat. Quo
in loco epithetorum duorum coniunctio *ιδί-
νισι* insolens librariis occasionem dedit nullo
sensu legendi *Cancrumq; recondit.* Consentit
igitur Cicero cum Germanico: Dubito an &
Auienus, cuius locum deprauatissimum ita
emendauimus, & distinximus:

— *Cancer premit ortus, & Anguem,*

Agmine qua vasto fluitat caput, aspera ceruix

Quatumat, & spiras qua turgēt pectora primis.

Vbi fluitat caput, dixit vt Aratus de altero
Angue: *κείνη περὶ κεφαλῆ τῆς πρώτης*. Germanicus
igitur cum dicere vellet Anguis caput & col-
lum occidere, ἐξ *εισπίσας* dixit caudam & spi-
ras omnes micare, hoc est cætera omnia præter
caput & cervicem.

Nec multo.] Lege:

Nec multo Arctophylax hic longè subiacet

astro. Aratus:

Ὅδ' ἂν ἐστὶ ἀρπυγιάων ἐν πολὺς ἀμφοτέ-
ρον.

Hoc est, Auieno transferente:

Parte nec Arcturus distabit multus utraque.

Versum autem illum omisit Cæsar:

Μείων ἡμᾶν, τὸ δ' ἐπὶ πάλαι ἐνοχὸν ἦδη.

Lumine qui primo] Quatuor inquit Aratus
signis cooccidit Arctophylax, Chelis, Scorpio,
Sagittario, Capricorno; Idem vult Germani-
cus: nam lumen primum Scorpij vocat Che-
las. Ait itaque Germanicus:

Lumine qui primo cum Scorpions occidit vndis,

Occulitur pedibus: durat tamen arduus ore

Dum rigidum Ægoceri signum freta lucida
terret:

Siderea vix tum satiatas luce Bootes

In terras abit, & noctis plus parte relinquit.

Quæ extrema ad verbū fermè ex illis Arateis:

— ἰ δ' ἐπὶ φᾶς & ἠγρίων.]

Βυλῶν ἐπέχθ' ἡλίου δὲ γυνάτω ἰσίου.

Cornua & Eridanus.] Non intellexit Arati
versum:

Ἦδ' ἐφ' ἑρῶν ποταμὸν κίερος πρυγείων] ἡμᾶν.

Calo nascente.] Possis legere, *collo nascente.*
quia de iuba præcessit. Sed nihil hac de re Ara-
tus: Itaque legendum:

Quicquid parte micat calo, hac nascente sub
vndis

Omne abit.

Aut si hoc nascente malis, non pugno.

Quicq; genu posito.] Necessario hic aliquid
deest: Ait enim Aratus Engonasia totum occi-
dere præter genu læuum. Suprà coniecimus
versum illum:

Summa genu subuersa tenet, qua se Lyra
versat,

posse referri litera mutata ad eum locum vbi
coorientia Libræ referuntur. Possis etiam huc
nulla mutatione referre, hoc pacto:

Quicq; genu posito defessus conditur vndis

Summa genu subuersa tenet: qua se Lyra
versat.

Cruretenus redit in calum.

Idem dicit cum Arato. Cætera omnia, &
genu etiam, siue *ἰσπυγείων* (hoc enim est
Summa genu) dextram, vbi ipse nititur, subuer-
sa tenet, hoc est *ἰσπυγείων*, vt Aratus loquitur.
Sed crure illo vbi Lyra se versat, hoc est dextro
redit in cælum, quod satis ἀνερολογῶς dixit,
pro nondum occidit.

Totiusq; Canis.] Versus hic videtur spurius,
quia præcessit *& Sirius ipse.* Alius fortè Arato
hic à Germanico satisfactum non putans hoc
addidit, non videns hæc cum præcedentibus
non cohære.

Delphinus motis.] Lego:

Delphinus notis iam tum defluxerit vndis.

Notas vndas dicit, quia Delphini est ἰνυδῶ.
Ita fermè Manilius:

At quem se patrio producit ab æquore Piscis,
Sed legendum puto proprio. Proprium Pesci
æquor, sic notæ Delphino vndæ.

Terra qui proximus.] Terræ proximum vo-
cat occidentem. Ita suprà:

Siderea vix tum satiantur luce Bootes

In terras abit.

Tum caput abscondit.] Lege:

Tum caput abscondet sonipes, tū tota latebit
Cervix: at contra sublimior Hydra feretur.

MS. etiam ad malè pro at habebat.

Terratenus traxis.] Hæc sunt corruptissimæ.
Ego veram lectionem diuinavi:

— *at contra sublimior Hydra feretur*

Cratera

Cratera tenuis, & surgens a plustria puppis

Argo, vocisq; Caris:

Prior pars vocis *traxit* ex repetitione, aut prima *Cratera* syllaba, altera ex Copula. Cætera clara. Audi Cicetorem:

Crateraq; tenuis lucet mortalibus Hydra.

Media plus arbore.] Quomodo plus, cum ipsa non maior sit, quam a puppi ad arborem, siue malum? Fortè: *media tenuis arbore lucet.* Auienus:

— *malosq; tenuis sese exeret Argo,*

Cum iam virgineos ather vehit altior arcus.

Exilem.] Lege: *Exilit Oceano. Alibi:*

— *Centaurus in auras*

Exilit.

Cauda minus attamenilla.] Legendum:

Celsaq; puppis habet: cauda minus attamen

Hydra

Scriptum fuit *Idra*. Aratus:

Αἰὲς ὄψυ (αἰὲς) ὅδ' οὐ ἔργασι ἠλίσθη ποσσὶ

Ὀψὺς ἄρ' ἀϊόιο μόνον.

Noctem fluctuata.] Versus hosce nouem, quorum multi adeo sunt corrupti vt nulla ferme spes esset in integrum restitutionis, nos hoc pacto reformare conati sumus: non infeliciter, vt puto:

Nixa genu species flexo redit ardua cruce,

Pantibus haud aliis: nocte elucata suprema

Bis solet illa vna calo se ostendere nocte:

Nam si Phæbeos curvus, dū longa venit Nox,

Occasū sequitur, rursū fugit Oceanū ortu.

Cruce, simul Chela fulgēt, cum Scorpius exis

Hand cunctatus abit: quum Chiron surget ab

vndis,

Arcusq; ipsa pio calo referetur imago,

Iam totis radiis membris miserabile sidus.

Priora clara. Sequentia cum istis Ciceronis confer:

Hic genus, & suram cum Chelis erigit alid:

Ipsē autem praeceps obscura nocte tenetur,

Dum Nepa & Arcitenens inuisant lumina

cali.

Nam secum mediū pandet Nepa: tollere verò

In calum totum exorients conabitur arcus.

Versum vnum transposui Arato postulante.

Abit dixisse videtur, vt supra exis pro fulget, &

exilit pro oritur. Referendum autem hoc ver-

bum etiam ad illud præcedens Cruce. Chiron

est Sagittarius, quod si quis neget (quanquam

ego non diffitear satius esse eum, ad distinctio-

nem alterius Centauri, Crotona appellari ad-

ducam illud ex Catalectis:

Centaurusq; senex Chiron, & cornua Capri.

Et illud:

Tū geminas Chiron, & Corniger aquoris alti.

Vbi geminus, nihil aliud est quam biformis.

Versum penultimum olim ita legebamus:

Argoūs ipsa pio calo referetur imago.

Quod quanquam propius ad lectionem, nihil ad sensum. Hæc lectio, aut vera, aut verisimilis. *Pium calum* dixit, vt *Capella Piumq; columen* aut *culmen*, quod idem est cum eo quod præcedenti versu dixerat:

— *cali blanda temperatio.*

Simili modo *Pium diem* idem author dixit, vt in nostris Notis demonstraui. Quin & ipse Germanicus, vt puto, supra: *pio calo vitet* dixit de Lyra. *Miserabile sidus* etiam supra dixit:

Succiduis gemibus lapsam & miserabile sidus.

Cum tota Corona.] Lege:

Imperfecta redit calo tum tota Corona,

Et Chiron pius ad caudam cognoscitur imam.

Tunc pectore pennas.] possit legi *vertice pro pectore*, quia Aratus habet:

Τὴν & ἄστρῶν κέντρον καὶ τὸν ἄστρον ἴσως.

Sed Cicero quoque caput non expressit:

Hic se iam totū cecus Equus abdit in umbras.

Versu quoque sequenti pectus nominat, quod non nominat Aratus. Sed mens Arati & Germanici, si rectè spectetur, hæc est, Equus qui

ante capite & collo erat submersus, nunc totus occidit. Et hoc est *καὶ τὸν ἄστρον ἴσως*.

Cycnus qui sub Virgine pectore & pennis occiderat, nunc totus recedit: Hoc enim est *Præ-*

mersus pectore Cycnus. Hanc expositionem firmat Hyginus & Martianus.

Ardet & Andromeda.] Legendum puto:

Abditur Andromeda vultus: sed maxima

Pistris

Oceano insequitur venientis Virginis ora:

Crista super calo fulget: caput abditur ipsi.

Aut etiam:

Abditur Andromeda vultus: Pistrisq; ma-

rina.

Alterutrum elige: Sensus est, Andromedæ vultus occidit, quam Oceano venientem insequitur Pistris, cui crista adhuc in celo fulget, nam (teste Arato) *ἰς ἄστρον κατὰ πύργον ἄστρῳ ἀπὸ τοῦ ἄστρον ἄστρον*: Capite occidit. Auienus:

Tingitur ab spina capiti qua proxima sum-

mo est.

Regalis Cephæus.] Videtur deesse versus si-

milis illi Ciceroniano:

Hanc contra Cephæus non cessat tendere

palmas.

Dissentit autem ab Arato: nam cum ille dixisset Cephæa capite manu & humero submer-

gi, verius Cephæa intactum ab vndis dicit. Nam in elevatione Cnydi & similibus Cephæus non occidit. Regalem verò dixit ipsum Regem:

Neque aliter Nonnus in Paraphrasi Regulam vocat *βασιλικὸν ἄστρον*.

Quam.] Lege *quum clarus fugerit Amnis.*

Simul enim Scorpius oritur, & Eridanus occidit.

Si vati placata.] Lege, *Sis.*

Quintangeva.] Lego: *contingere.*
Deuotus poena.] Sic supra deuotam Virginem dixit. Neque aliter Horatius: *Deuota morti pectora.*

Angusto stipite.] Angustum stipitem vocat, quod Aratus *στένωλο*, aut potius *στένωλον*, siue *στένωλο*, qualem habere fertur Chiron similiter venator. Erant autem stipites acumen habentes, quorum sæpe mentio in Cynegeticis Xenophontis.

Dono dabit Oenopioni.] Eleganter ita Auien.
Audax ut facinus donum foret Oenopioni.

Ad patiens etenim.] Lege:

Haud patiens sedentem Phœbi q. r.

Verissima hæc emendatio, & sine qua nullus sensus.

Media tellure reuulsi.] Hoc est quod Aratus dixit *ἀναρριπίζουσι μέσους ἐκείνης τῆς γῆρας*. Vide Hyginum, & Anonymum, Festum, & Cicero-
 nem.

Partite mortales.] Simile epiphonema illud Auieni hoc loco: *ista furori.*

Pramia debentur: sunt hæc commercia læsis Semper numinibus.

Horret vulnus adhuc.] Auienus:

— *metus hic, metus acer in astro*

Permanet.

Et quanquam parte.] Hæc admodum corrupta ita puto legenda, & distinguenda.

— *& quanquam parte reuulsa*

Teli panè fugit, tamen altis mergitur undis, Scorpium ardenti cum pectore contigit ortus.

Hyginus Oriona Sagittario oriente primum occidere dicit: Aratus Scorpio: quas sententias vt conciliet ait Germanicus, quanquam Orion fugiat siue occidat iam tum cum pars aliqua Teli hoc est Sagittarij orta est, tamen posse etiam dici Scorpio oriente submergi: parte videlicet priori, vt & ipse Hyginus in asterismo Orionis testatur, & Martianus Capella. *Telum* dixit pro Sagittario, vt sæpe Aratus *τέλεον* quod tam telum quam arcum designat. Ideoque ille loco Arati:

Ἡ τὰς ἡμέρας τέλεον ἀνέδρα] *ἔσσοδι νένογε*
Συγγαίης ἀντίδραον ὁ δ' ἀνέρα] *ἀντίνο. μάδον.*

Vbi Germanicus & Cicero arcum posuerunt, Festus *Telum* vertit:

Hic matutino veniens procul aquore telum Exigit è pelago: telum trahit vltima cauda.

Quo in loco similiter *calum* scriptum erat, quod firmat hanc meam coniecturam.

Nil super.] In Manuscripto *Nihil* bis in vno versu. Sed legendum est *ἄνωγειον*, quod vel puer viderit.

Cassiepiæ.] Vix puto locum vllum in Cæsar's Phœnomenis hisce versibus deprauationem, quos puto me non malè restituisse, hoc pacto.

In caput atq. humeros rapit Orbis Cassiepiæ, Decliuemq. trahunt aeterni pondera mundi: Corruptaq. cadit forma, certauerat olim Quæ senis aquorei natis cum litore Cenchli Doridos & Panopes spectasset stulta choreas. Illa abis Oceano. totius feræ Corona

In calum redeunt: totum se liberat Hydros.

Confer cum Arato. Senex æquoreus Nereus, *ἄλιος γίγας* apud Græcos. *Litore Cenchli* substitui, ex Plinio, qui *Canchleos* nominat, ea ferme in parte vbi Cephæos regnum. Malit fortè alius *Cenchri*: sed *Cenchrea* procul ab Æthiopia. Quod autem Aratus dixerat *σπάρσιος πρὸ δ' ἀντίνο. νένογε*, non magis Germanicus intellexit, quàm Cicero, vel Auienus. qui omnes de Corona Septentrionali intelligunt. Doctissimus quoque Scholiastes Græcus hoc in loco nugatur. Martianus Capella Coronam similiter Ariadnes memorat. Solus, quod sciam, Hyginus monet intelligenda ista Arateæ de Corona Sagittarij, qui summopere confirmat diuinam Ill. Scaligeri coniecturam, imò oraculum.

Chiron obscurior Arcu.] Legendum mutatis & transpositis vocibus:

Cruribus expectat Chiron obscurior Arcum, Corpore iam vasto iam toto vertice clarus.

Quod sequitur *Tum fera* de Scorpio adhuc intelligendum, non de Sagittario.

Læua minas aquora lincunt.] *linquit* legendum.

Remeabilis arcu.] Legendum puto *arcus*. Per arcum totum signum Sagittarij indicat etiam Aratus, vt supra diximus. *Remeabilis* dixit eo modo, quo Auienus *reparabilis*. alibi:

— *nè soluit totos reparabilis annos*

Expulit.] Post hanc vocem deest copula. Itaque versu postulante lege versum:

Expulit, & celsis Ophiuchus fulget in astris. Nil trahit.] Hic etiam, vt supra, *perperam*

MS. *Nihil.*

Manum mediis.] Lege:

— *sed trunca recepta*

Desinet esse manus rediens deformis imago.

Engonasi iam ortus (hoc enim est *rediens*, vt supra *Crure tenuis redit in calum*: & infra: *rediens cum sidere Cepheus*) *manum læuam recipit*. De capite tacet, vt & Martianus: *Oriuntur verò totus Ophiuchus, & Nisi sinistra manus*, ex quo loco patet paulò antè legendum: *& caput Ophiuchi*, pro *Eniochi*, nam *Auriga* non oritur vlla ex parte cum *Scorpio*, sed *Serpentarij caput*, vt & Aratus & omnes eius interpretes testantur. Hæc Notis ad eum authorem nostris addenda.

Cycni dextera penna.] Hoc ex Arato non est: verum tamen: neque enim *Lyra* oriri potest, nisi vna dextera *Oloris ala* oriatur. Quod verò sequitur

sequitur radis tolluntur idem est, quia didicerat, ve antea docuimus, Cephea in ista poli elevatione oriri non posse. Dixerat autem Aratus oriri *αὐτῆς* Ἰγίε, quod aliter Auicenus interpretatur, quam Hyginus & Capella. Auicenus quasi à pedibus vsque ad humeros sit conspicuus, quod verisimilius. Neque enim verum, vt diximus: Alij quasi solo capite, & humeris oriatur.

Argoq; ratis.] Hyginus *Argo autem puppim solam relinquens, peruenit ad terram.* Legendum verò puto:

— *Argoq; ratis quàm flexile lignum*
In puppim formatur ad hoc apinustria lucens.
 Flexile signum est *χλωιον*, curuum Auiceno. *Apinustria*, non ea quæ in malo, vt vulgo putatur, sed in puppi: *ἀπλαστὰ* Græcis, vnde etiam nomen deductum, quicquid augetur Festi mutilator. Cæterum videntur mihi desiderari hic versus aliquot, de Auriga, illis Arateis respondentes:

Ἀδ' ἔχ' ἠιόχῃ ἑσφαι, ἐδ' ἄλεσιν αἰεῖ
Ἐβδὸς ἀπὲρ ἔρῃ.

Sed potuit & illos omisisse, quia non summo-
 pere ad rem facere videbantur.

Omne ornatum.] *omnem ornatum*, lege. *Apinustria* intelligit. Festus: *Apinustria nauium ornamenta.* Puppim dicit venerandam numine, quia in puppibus erant *παρόχημα*, & Deorum effigies. Erat autem Argo, vt in Manuscripti nostri imagine liquet, in tutela Palladis; quod probant illa Valerij Flacci:

Euppe procul summa vigilis post terga ma-
gιστῆρι

Hæseras auræ genibus Medea Minerva.

Es paruos Delphinus.] Auicenus:

Delphinum patulas promit Capricornus in
auras.

quod tamen deest in Arato vt ibi notauimus.

Eminus exurgit.] Versus est spurius, quales & alios non paucos in hoc opere demonstraui-
 mus. Videtur autem confusus, & deprauatus ex duobus istis:

Excepit Oceanus Minoæ serua Corona, &
Imperfecta redit calo cum tota Corona.

Nullus enim hic Coronæ locus.

Tum pectora tristia seruis.] Legendum:

— *non pectora tristia seruis.*

Hoc idem quia Chironis pectora equinis par-
 tibus annumerantur, Auicenus:

— *persistit pectore celso*

Cornipedis species.

Plus mediam.] Vstratius esset *plus mediâ*;
 Sed videor mihi simile phrasin alibi obseruasse.

Orti, tumq; bifformes.] Emendandum:

Hanc Pisces abdunt orti, totumq; bifformem.

Biformem dici Sagittarium supra demonstra-
 uimus. Similis in Chirone ratio, nisi quod hic

non sit inter duodecim illa celeberrima sidera.

Surgit, &.] Lege:

Piscibus ille simul surgit, sed liberat ortus.

Aliud est surgere, aliud ortus liberare. Nam surgere est, *αὐτῆς ἄδλω* imperfectè, vt loquitur etiam Aratus. Similis differentia supra indica-
 tur, inter fugere & mergi:

— *nam quaquam parte reserctâ*

Teli panè fugit, tamen alius mergitur undis,

Scorpius ardenti cum pectore contigit ortus.

Nereidas, pontog;.] Legendum puto:

— *larior illa,*

Nereidas, pontumq; fugit, calog; refertur.

Andromeda, inquit, gaudet se Nereidas & pontum effugisse, causam videlicet, & locum periculi. Cæterum multo hic auctior Aratus, qui ait dimidium Andromedæ sub Piscibus, dimidium sub Ariete oriri. Sed, vt & alibi ostendimus, hæc non tam pensiculatè obseruat Germanicus.

Patrio fulgebit in aethere.] Aratus alibi:

— *Κεκρισθησὶ ἐν δὴ πωτῆι.*

Et ibi Germanicus:

Moles ipsa viri satis est testata paronsem,

Tantus ubique micat, tantum occupat ab
Ioæ cali.

Persea cum pinna pedunt.] Lege:

Persea cum pinna rediit, iam Plias ab undis

Effugit, & dextro Tauri cognoscitur armo.

Pleiades sub poplite lauo Persei sitæ sunt: itaque cum eo oriuntur: sunt autem Pleiades in dextro Tauri armo, vt ex asterismis apparet, & hic indicat Germanicus. Veteres tamen Astro-
 nomi seorsim eas à Tauro effingebant, vt Hy-
 ginus docet in Tauri Fabula: Et inde intelli-
 gendus alius eius locus in Tauri asterismo: *In-
 ter huius similitudinem corporis, & Arctis sandam
 stella sunt VII, quas Vergilius nostri, Græci au-
 tem Pleiadas appellauerunt.* Et Anonymus,
 cuius locus est mutilus, quod miror non ani-
 maduersum. *Ab excisione Tauri vsque ad id
 quod * septem stella sunt, quas quidam Pleiades
 dicunt.* Vbi exciso Tauri est *τοῦν ταυγῆ*. Aratus.

Λοξῶς ἢ τὰ βεγιο τῆν ὑποκίλη.] *αὐτὸς*
Ἄετῶν.

Sine curribus illis.] Lege: *sine curribus ullis.*

Supra: *Sic nulli currus.* Cætera ita legenda:

— *trahitur sine curribus ullis*

Myriilus habet totum cernes: non integer ipse.

In calum redit: ac p. d. w. u.

Effugit hædos.] Lege: *efferet hædos, & altero
 veru.*

Laua Iouis nutrit humera radiabit in ipso.

Capellam, quæ Iouem Aurigæ humerum ob-
 tinet, Iouis nutriticem perhiberi, ex Arato, eius
 interpretibus, Mythologicis, & ipso Lactantio
 notum. Manilius:

Nobilis & Mundi nutrito Regæ Capella.

Surgens

Surgens.] Ita legendum, non *surgens* ut in MS. clarius est, quam ut moneri debeat.

Tauro pistrices.] Lege, & distingue:

Tauro Pistricis pariter, tristiaq; resulgent,
Caudaq; : vicinum terris iam serne Boston.

Et cum se.] Lege:

Et cum se genibus demisit pars Ophiuchi,
Signum erit Oceano Geminos remanere relicto.

Aratus:

Αμφότεροι ἢ πόδες καὶ δύο πτερὰ ἐφίβηκε
Μέσση ἀντάς πρῶτα, δεξιᾶς ἐπισημα
πρόξιστα. Hoc est:

At Serpenti tibi descendente crura
Ad genuū finem Geminorū sidera monstrant.
Totaq; iam Piscis.] Legendum:
Totaq; iam Pistris lucebunt squamea terga.

Aratus:

————— τὸν κοίτην καὶ ἐδίω
Ελατὶ ἀπορρέουσαν. —

Hoc est: — Ceti nihil undique lucet.

Alterutra de parte. —

Eridani & primo.] Legendum:

Eridani & primos deprendat nauita fontes.

MS. habebat *Heridani* ut plerunque, & *depre-*
hendat, ut supra *Nihil pro nil*. *Primos Fontes*,
vocat *αὐτῶν πρῶτα* (ita enim in Arato legen-

dum docuimus, non *αὐτῶν*) ut Cicero:
————— *gelido delapsam lumina fontis*
vbi dubito, an non *flumine* sit legendum. Flu-
men enim non semper *πότος* significat, sed
& *δρόσιον*, siue *πόσιον*. Ita Plinius *flumen*
rius dixit. Hinc Iuriconsultis *Flumina, stilli-*
cidiaque. Mentio fit Inst. Tit. de Seruit. §. 1.
Et in Digestis sæpe: qui loci explicantur anti-
quâ illâ prædiorum lege, quæ apud Varionem:
STILLICIDIA, FLUMINAQUE UT
ITA FLVANT CADANTQUE. Vbi Var-
ro: *Inter hæc hoc interest, quod Stillicidium est*
quod stillatim cadat: flumen quod fluit continuè.
Quod explicat illa Pauli verba *Digestis, de Seru-*
urb. præd. L. Seruitutes 20 § stillicidium 5, quia
sit grauior seruitus, id est, pro stillicidio flumen.
Hæc obiter.

Tempora noctes.] Legendum:

————— *habet ille notas, quæ tempora noctis*
Significent, ventosve truces, sidamve quietero,

A D

GERMANICI CÆSARIS PROGNOSTICA.

PROGNOSTICORVM] De libro hoc
quid iudicemus, supra diximus. Fra-
gmentum prius ex Manuscripto est, in
vulgatis deest: alterum longè maius ex
vulgatis in Manuscripto deest. Prius hoc tra-
ctat generatim de Signorum virtute ἀπὸ τῶν ἡ
ἀστῶν ἀντά, & de Planetarum similiter natura,
sed posterior pars imperfecta deest. In poste-
riori habes relationem & coniunctionem Sig-
norum duodecim cum Planetis Venere &
Mercurio. Desunt & hæc nonnulla, ut in prin-
cipio de Aricte: Dubito an non & in medio,
ut dicemus. Item post finem, de aliis Planetis
Saturno, Ioue, Marte: nisi de his prius tractarit.

Grandine permixtus.] Puto legendum:

Grandine permixtus Aries, niuibusc; caducis
Spargit vicinas supra iuga tristia nubes.

Aries montes altissimos nubibus spargit gran-
dinosis & niuosis. Atqui, dices, magna nimis
differentia inter *nubes* & *Pisces* quod in Ma-
nuscripto legitur. Imò parua. Astronomi
olim, ut & alij artium professores, nomina vsi-
tatiota notis signabant talibus plerunque, ut
aut primam tantum literam cum postrema,
nonnunquam etiam cum mediarum aliqua
referrent. Id ex variis Notis Iuriconsultorum,
aliorumque est notissimum. Itaque *Pisces* ita

notabant *Ps*. Sed Astronomi Prognostici,
vnâ cum Meteorologicis nubes ita signabant
Ns. Sunt enim hæc vocabula sæpissime occur-
rentia: nam in iis quæ ab vsu sunt remota No-
tas imaginari est stultissimum. Hinc igitur na-
tus error. Primæ verò vtriusque vocis literæ
etiam supra inter se cōmutationem passæ sunt,
vbi pro *Pigra ministeria*, MS. habet *Nigra*.

Et ventos excitat Aries.] Legendum:

Taurus portat aquas, & ventos excitat acres.
Fulmina tum.] Ex repetitione vocis liquet
Cæsarem tunc scripsisse. Sed ex eo natus error,
quod ea litera quæ hanc vocem finire debue-
rat, sequentem inchoet. Lege itaque

Fulmina tunc crebro incalescit Iupiter, & tunc
Intonat emissis violentior ignibus æther.

Cui pectora.] Forte cum. Leo erit siccus, sed
tunc maxime, cum eâ in parte spectatur vbi est
pectus, & stella feruidissima, quæ *βουδία* &
appellatur.

Vix rore.] Hæc mutationibus, & literarum
transpositionibus ita puto emendanda:

Lenius est Libra signum: vix vorat in illo.
Scorpius assiduos calo minitabitur ignes;
Lentior in pluuia veniet, magis arua quietas
Atque truces venti densa niue sæpè rigebunt.
Rata Sagittifero descendunt flumina terras.

Agoceros

Ægoceros aliis parcit, sed frigora durat.
Venti rigebunt, vt infra Et rigor accedit ventis.
Sagittifero, vt supra:

At Geminis leniter perstridunt carula venti.
 Ita enim nos restituumus, vbi M S. perperam habebat.

Ad geminis leniter perstridunt carula venti.
 Sensus vltimi versus est Capricornum aliis omnibus, hoc est, imbribus, fulminibus, tonitruis, ventis parsum: sed sola frigoris vehementia nociturum. Aliter autem dixit *figora durat*, quàm infra *niue mania durant*. Nam hic est *concludo*, ibi præter vulgarem vsum *concludo*, cuius tamen significationis in hoc verbo exempla & alibi reperias.

Incumbit in calum.] Versus bonus, phrasis optima, si legas: *Imbribus incumbit calum*. Cætera satis sunt emendata, si modo ita distinguas vti nos fecimus: nam in Manuscripto nullæ hic distinctiones.

Æthereum venit.] Incipit hoc Fragmentum de Stella Veneris à Tauro. Deest itaque de Ariete, vt diximus. Legendum verò puto:

Æthereum venit Tauri super, imbribus atris,
Et tonitru, &c.

Nam de Tauro loqui certum est, cum sequatur Gemini.

Fons erit.] Lego: — *cum sidere Cancri Felsit ardere: tantum hoc nō sidere certum.* Eleganter. Dixit neque nubila diurna fore, neque serenitas credendum: Auram videlicet fore variam & instabilem. Subiungit, hoc vnum certum esse, nil certum putare. Simili Phrasi aliquis Fortunam in sola inconstantia constantem dixerit.

Flagrantis placide lucens.] Coniicio:
Flagrantis placide lucis vsu temperat annum,
Cum possit sedem Nemeat finibus Astri.

Temperat annum vt supra Temperat in Geminis annum.

Nunc quoque.] Lego:
Tunc quoq. nulla fides calo cū Scorpion ærens
Stat super.

Multis de causis similia sunt signa; Cancer, & Scorpis, quare Germanicus similem tribuit effectum variantis auræ.

Tum Iupiter ignibus.] Corripo:
Hec quātis terras tū Iupiter imbribus omnes
Obruet! heu glomerata cadet quàm densa per
æthram

Immitis grando, calum quàm saepe sonabit!
 Tria aut metuenda imbres, grandinē, tonitrua.

Singulaq. ignis.] Elegans emendatio: *rendens spicula signi, & rors.*

Non flamma deerunt.] Hic distinguendum: Nam quod sequitur ad Capricornū referendum.

Ignes.] Fortē *Imbres.* Et quomodo gelidi ignes?

Concretasq. grando.] Hic finitur periodos. Deest versus vnus aut alter de Piscibus, qui propterea ab imperitis hominibus omitti, quia sequitur:

Piscibus à geminis sub prima recurrent astra
Hesperus:

Hoc est: Venus à Piscibus regressum facit ad Arietem. Ita Beda cum primum numerasset diem Solis, post septimum subiungit:

Octauum instaurat renouabilis orbis Solem:

Cum Lucifer ora.] Sensus est. Hæc signa sunt à Venere summo mand edita: Quæ iam sequuntur ad vesperam pertinent. Non dubium verò est quin eadem stella Veneris matutino tempore *Lucifer* dicatur, quæ vespertino *Hesperus*. Isidorus: *Fertur, autem quod hæc stella ariens Luciferam, occidens Hesperum facit.* Ita enim legendum potius, quàm *Vesperum*. Quanquam & vulgata lectio tolerabilis si quidem Latinis *Vesper* ipsam quoque stellam denotat. Cæterum, *Lucifer ora* dixit, vt Tiberianus:

Aureos subducit ignes sudus ora Lucifer.
 Sed neutrum rectè intelligo, dubitoque an non luce priore sit legendum, hoc est, *crepusculo matutino.*

Irradiauerit.] Puto vt *radiauerit.*
Tum stantia.] *instantia* malim, & versu sequenti.

Et calo diri deieci grandinis ictus.
 Sed sensus adhuc mutilus. Deest itaque versus.

Verè magis nitido.] Coniicio.
Ver magis insidum Tauri cum sidere fulsit
Apporat: Geminis eadem inconstantia pra-
sto est.

Liquet ex sequentibus.
Et modo se.] Sensus postulat:
Et modò cū vento, gelido modò protinus imbre
Lucens, altera superabit nuba serena.
 Inconstantiam auræ denotat.

Sin leuis.] Nullus sensus, ni legas:
Si Venus ingressa est sp. s. C.
Non nulli.] Lege:

— *non vlli corpora Soles*
Pestiferi incendunt, non sidera densa solutos
Astringunt artus alieno tempore:

Alieno tempore hoc est inimico, *æthra*.
Ac rapidis.] Epithetum est vulgare, simili hæc ratione positum, vt alibi *Æstatem rapidam* dixit. Quanquam *rabidis* epithetum vtroque loco restitui possit.

Efficient magna.] malim
Efficiet, magni cum spectat signa Leonis.

Et sequenti versu pro plerique non immeritò aliquis substituerit *plenique*.

Detrahit autumnò.] Nullus sensus in hisce versibus: quare hæc mutanda. Quid si hoc modo?

Attrahit Autumno pluvias, eademq; repellit
Nubibus assiduis Chole: neque frigora prima
Extremum Autumni superet glacialia Libra.
Attrahere, & repellere planè contraria, ut sciscit
Peripateticorum Schola. Libra attrahit qui-
dem humores, sed non resoluit, ita ut nubes
semper pendeant. Ita alibi:

————— *semper pendentia tantum*

Nubila continua magis in statione manebunt
Itaque & dat pluvias, & aufert. Frigus verò ad-
fert extremum, adèd ut neque extremum Au-
tumni, *τὸ φθινόπωρον, ἢ χειμῶνα*, algore vin-
cat Autumni principium, quod per Libram
noscitur: ut cum Venus est in Ariete, veris in-
itium dixit: Venus enim & Sol pari spatio fer-
mè cursum perficiunt, ut liquet.

Ne quis caeva terra grauetur.] Fortè ne quid
caeva Terra grauetur: quanquam malim ne
quid caeva Terra queratur, ut sit sensus, Quan-
quam in Virgine & Librà aura fuerit ingrata
& pluvia, tamen Scorpios pluviis abstinens
efficiet ne quid Terra possit queri.

Ad dyos.] Fortè:

————— *at diris omnia nimbus*

Continuisq; fluent, cum per sinuosa tenetur
Cornua Centauri rapida distenta sagitta.

In Sagittario, inquit, omnia fluitabunt præ
nimbis nimis.

Mortalia numina vincunt.] Fortè: mortales
numina vincunt. Hoc est, Dij homines fulmi-
nibus & tonitruis superabunt ac terrefacient.

Aquarius imbrem.] Hic nota ponenda sen-
tentia completæ.

Extremis sauis.] Extremi legendum, ut in
Catalectis. Pisces ultimus ordo. Sequenti quo-
que versu malim notavit.

Moneat mundo.] Potest hæc lectio tolerari.
Sed an maus moneat Mundum?

Matutina ferens.] Hypallage est: pro *Matu-
tinos cursus per solia sidera*. Simile illud Poætæ.

Ibant obscuri solâ sub nocte per umbram.

Cum pecudum] Pecudis legendum, hoc est
Arietis. Infra:

————— *cum regna Tonantis.*

Ingressus pecudis redit intrans aurea terga.

Patienti tempore.] Legendum puto:

Non intermisso quatiendi tempore surgent.

Sensus clarus. Sequentia ita puto concinnanda:

Quin pluvias alias etiam in regione notabis

Affore, non minimus namque est tunc imber
in arvis.

Nam ut nunc legitur, nullum habet sensum.

Grandine significat.] Videtur legendum
Grandine signa facis, pro grandini, vel grandini-
nis. Ex Nonio enim aliisque didicimus hocce
casus permutari.

Geminis tranquilla sereni.] Lege:

————— *Gemini tranquilla sereni,*

Et placidum navis pondent calamque fe-
rumque.

Nubilaque atque imbres, astus, ac frigora
miserant.

Aura Favoni.] Etetias indicat, qui post Sol-
stitium æstivum flare solent. tunc nempe cum
Sol, cui Mercurius est comes quodammodo, in
Leone est: Aratus:

Τῶν ἄλλων ἀλλ' ἄδεις ἰμελάϊ διγλί πύρα

Ἀπὸς ἰμῶν ἔσται.

Sunt autem Etetias teste auctore libelli de Mun-
do *μῆτιν ἔσται τὸ πύρον ἄπὸ τῆς φεγγῆδος καὶ
ζεφύρου*. Hinc est quod Plinius, & Anony-
mus noster Aquilones vocent, alij Favonios,
quos ita conciliabis.

Templa sed atherei.] Dubito num legen-
dum sic:

Templa sed Astræ simul ac possederit, igni
Omnia mixta feret, pluvias meditabitur, in-
gens

Vndique grando venit, r. e. v.

De Virgine sine dubio sermo.

Cyllenius arcus.] Arcum Legendum: *Ar-
cum Centauri*, ut supra: *Cornua Centauri*.
Versu sequenti consurget, malim & inferius
perrumpet.

Comparat, aut gelidos.] Legendum puto:

Nulla serenato Capricornus nubila calo

Comparat: at gelidos status, caliq; fragores

Non alio melius signo prædicere possis.

Capricornus, inquit, non cogit nubes, neque
attrahit. sed coactas resoluit, ideoque tonitrua
ex eo potes prædicere. *Gelidos status* ut Q. Ci-
cero de eodem Capricorno:

Bruna gela glacians in mare exspirat Capri-
corni.

Quid faceret primum.] Legi possit:

Quid faciat primo Mundo cum lumine Solis

Tempus & occasu moneat, qua, discere, Phœbi.

Ut sit *τὸ πύρον*. Sensus hic, Nunc diximus
quid agat Mercurius, si modò Phœbei flam-
mas euaserit axis. Tempus igitur est discere,
quid faciat mundo cum lumine primo Solis,
& quæ moneat occasu Phœbi. Res clara.
Astronomi, etiam huius sæculi, aliter Mercu-
rium speculantur solum, aliter cum Sole, siue
oriante, siue occidente: nam & hæc in signifi-
cationibus diuersa.

Et crebra tonitru iurget.] Coniicio:

Et crebra tonitru ninget: florentia rura

Spesq; noua segetis quatiantur grandinis iclu,

Tria prædicat mixta: Tonitrua, Grandinem,

Nives.

Ingrreditur.] Et versus vocem hanc repudiat,
& sensus. Legendum fortè transpositis & mu-
tatis literis.

————— *magni cum regna Tonantis*

Ingressus pecudis redit intrans aurea terga
Regna

Regna Tonantis simpliciter cælum, vt Arato
indi, *ci*, *g*, *vi*.

Taurum scire videbis.] Distinguendum
 videtur, & legendum :

———— Taurum scire videbis

Grandine, nec contra ferri ratione probanda

Aut Cancrum, aut Geminos: calidus vestigia

Hec qua dicta Leo, s. q. c. a. [seruat.]

Air, vt liquet, Taurum grandine scire: Can-
 crum quoque, & Geminos, non ferri in con-
 trarium, quod foret optandum: imò & Leo-
 nem præfata seruire præcedentium siderum
 vestigia. Versus autem ille:

Flatus aut geminis miscet tranquilla serenis.

Ita possit legi :

Flatibus at Geminis miscet tranquilla sereni.

Sed quia Leo Geminos debet præcedere, & de
 iisiam mentio facta, & quia supra habuimus

Gemini tranquilla sereni, vnde hoc repetitum
 videtur, versus hunc spurium iudico.

Libera nutu.] Nullus sensus, & Signum Li-
 bræ omissum, nî transpositis & mutatis pau-
 lum literis legas:

Spiciferaq; manu tendenti nubila Libra

Dissentit Diua.

Spicifera Dea est Virgo, quam Cererem non-
 nulli voluerunt, vt Hyginus annotat, ab hac
 dissentit Libra. Illa manu tendit nubila : Hac
 serena nuntiat. Videtur etiam pro *sed ut hac*
 legendum *sed & hac*, vel *sed enim hac*.

Secura laboris.] Nullus est sensus. Lege me
 duce :

Cum sonitu quatiet nubes: si cura laboris

Non frustrans animum certo nos limita ducat,

Hac eadem tibi signa dabunt nõ irrita Pisces.

FINIS.

HVGEIANI GROTII NOTAE

AD IMAGINES.

RESTAT nunc vt figuras astrorum, quas ex libri Sufiani Archetypo æri incidi curauimus, explicemus: quas quanquam antiquitatis nomine, & schematum vetustorum expressione, aliisque de causis non leuibus, summoperè venerer; video tamen in astrorum, & singularum stellarum situ, *ἄστρα*, toto cælo aberrare: Quare constitui ex Ptolemæi Almagesto, aliisque auctoribus stellas omnes earumque numerum & situm referre, vnâ cum nominibus, quibus à variis variarum linguarum hominibus indigentantur, passiterque schemata, aliaque quæ in figuris, prout à nobis expressæ sunt, obseruanda veniunt, pro viribus annotare, vt simul videant studiosi, quid probandum in illis, quid improbandum.

DRACO, ET SEPTENTRIONES.

Primus asterismus est Draconis vnâ cum vtrisque Arctis, quæ idèd Draconi coniunguntur, quia iis interuoluitur. Situs in figuris nostris non rectus, itaque verum proponemus. Draco capite attingit pedem dextrum Engonastin: deinde ad dextram Cephei manum venit, & hinc subter Cynosuræ pedes, vbi se surrigens ad caput eiusdem ascendit, & vterius. Sub extremo illo agmine est Helice ab alterâ parte, à Polo videlicet remotiore. Caput verò Draconis super illam spiram est quæ subter pedes minoris Vrsæ meat. Malè illi in Sphæris, pectus cum pedibus effingitur, cum totus ex capite & spiris constet. Vrsæ communi nomine Septentriones Latini, & Plaustra, vt & Homerus *ἀρκυροί*, & Feras appellant. Auienus:

Aufone easdem

Vocè Feras, Vrsæsc̄, & Plaustra vocare solemus.

Et ita ipse Fera nomine alibi vsus:

Qua sunt prima Fera vestigia.

Et Germanicus, Si melius dixisse Feras, & Ouidius, Magna minorq; Fera. De Vrsis & Septentrionibus tritum. Sed si quis Gellio, aliisque, in etymologiâ Septentrionum non credat, consideret illud Næuij *Triones hic moderatur rusticus*. Eadem ratione Vrsæ sunt Triones, qua Arctophylax *βελώνης*. Vrsæ minor (ab

ea enim incipiemus, quia Polo proxima) Cynosura vocata est, Arabibus Dhub Elazguar,

ذب الاصغر Hebraice *רוב הקציר* hoc est, Vrsæ minor, & Alrucaba, *الركبة* hoc est, vt Scalliger exposuit, Plostrum, Ab Hebraico *רוב קציר* quod tamen nomen, stellæ illi quam Polarem vocant tributum, vt sæpè Arabes nomen *ذقن*, singulari *ذقن* tribuunt; quod & Græcis in Arcturi nomine accidit. Nunc eius stellas, vnâ cum magnitudinibus, vt vocant, exponamus, quod & in reliquis asterismis facili sumus.

- 1 Ea quæ in extremâ Vrsæ caudâ est, quæ *Mag.* Polaris dicitur, & Afrucaba. 3
- 2 Ea quæ Polarem sequitur, in caudâ posita, *ῥοδων*, siue Ludens. 4
- 3 Ea quæ in caudæ initio, quæ altera *ῥοδων*, id est ludentium. 4
- 4 Septentrionalior lateris prioris figuræ quadrilateræ. 4
- 5 Australior eius lateris. 4
- 6 Septentrionalior lateris sequentis. 2
- 7 Australior eius lateris. 2
- 8 Ea quæ ad rectam lineam est lateris sequentis, quæ corpus Vrsæ non constituit, sed extra ordinem numeratur. 4

Sunt itaque omnino octo.

Hyginus quatuor illas, quas nos in quadrilatero locauimus, in singulis pedibus ponit: Scholiastes Germanici vnâ in pectore, vnâ in humero, vnâ in ventre. Sed in eo defectus est: Decem enim: *in cluna claram vnâ*, nam alioquin, qui potuit septem numerare? ea quoque quæ sequuntur sunt mendosa, neque enim decem sunt ludentes, hoc est *ῥοδων* vt exponit Hyginus, sed binæ. Octauam, quæ extra ordinem est, neuter agnoscit. Sequitur nunc Vrsæ maior, quæ Helice dicta Græcis, & Arabibus Dhub Elacbar

ذب الاكبر hoc est *رוב הקציר* hoc est maior Vrsæ. Eadem est Callysto in fabulis. Arabes nonnunquam simpliciter Dhubbe dicunt, vt Græci *ἄρκτος*, pro quo malè Barbari Arcturum scribunt. Eius stellæ hæ sunt.

- 1 In naso, seu, (vt Barbari) in muscidâ. 4
- 2 In oculis duarum prior. 5
- 3 In oculis posterior. 5
- 4 Prior earum, quæ in fronte. 5
- 5 Posterior earundem 5
- 6 In Pinnulâ (vt Isidorus vocat) siue auris prioris cacuminae. 5
- 7 Prior in collo. 4
- 8 Posterior in collo. 4
- 9 Septentrionalior in pectore. 4
- 10 Australior in pectore. 4
- 11 In genu sinistro sub armis. 3
- 12 Prior in pedis sinistri extremitate. 3
- 13 Posterior ibidem. 3
- 14 In genu dextro sub armis. 4
- 15 Sub genu eodem. 4
- 16 Prima earum quæ quadrilaterum constituunt, quæ in dorso est, quæ *κρη' ἐξοχλῶ* Dubbhe vocatur. 2
- 17 Altera, quæ in ilibus, Mirac vocata. 2
- 18 Tertia quæ ante caudam. 3
- 19 Vltima in crure sinistro posteriore. 2
- 20 Prior duarū in pede sinistro posteriore. 4
- 21 Posterior ibidem. 3
- 22 In curuaturâ pedis sinistri. 3
- 23 Septentrionalior in extremo pede dextro sub clune. 3
- 24 Australior ibidem. 3
- 25 Prima in caudâ. 2
- 26 Media ibidem. 2
- 27 Vltima in extrema cauda. 2

Οἱ ἑοὶ πρὸ ποδῶν φέρεται κελός τε μέγας τε
 Εἰς μὲν ὑπερμαίων, αἷς δ' ἐξέθεν κελύονταν,
 Αἰῶ δ' ἐργαίσις ὑπὸ γένιασιν.
 Hoc enim vult dicere, In virgine stellæ plurimæ sunt tertiæ magnitudinis. ea tamen quæ in genu est, quartæ est speciei: sed hæc non ita curiosè distinxit Aratus: nisi dicamus ἀραιοῖσις ὑπὸ γένιασιν legendum. Sanè Auienus non inconsultè dixisse videtur:
 — *gonibusq; dehinc se tertia promit*
 Scilicet non expressit genu clunale. Vigesimalam septimam indicat, cum ait:

Οἱ ἑοὶ κρη' μεγάλης ἐξοχλῶ ὑπὸ φέρεται ἕκαστος.
 Neque tamen Protrygeter, siue Præuindemiator est eiusdem cum eâ stellâ quæ Alioth vocatur magnitudinis. Liquet itaque hæc crassâ Mineruâ Aratum scripsisse. Hoc verò ante omnia notandum pedes quos nos dextros vocamus Astrologos alios imitati, in Sphærâ tantquam sinistros effingi, qui manifestus est pictorum error. Confer hæc cum Hyginus & Anonymo, videbis multa omissa, quædam superflua. Quod Hyginus ait in virisque auribus binas esse, falsum est. Quod alter ait: *ἰνὸν ἑκατέρωθεν ἑκατέρωθεν*, absurdum: quasi verò non idem sint armi & humeri. Cætera quoque non conueniunt. Iudicium quoque de stellarum claritate, infirmum. Sed error inde maximè natus quod auctores Græcos, quos interpretantur, non intelligant, ipsi rei Astronomicæ imperiti. Nobis satis est proposuisse rei veritatem.
 Sequitur nunc Draco, qui & Anguis, & Serpens. Hæc enim tria idem esse etiam Seruius ad 11. Æneid. docuit. Arabes Atania vocant, & frequētius Aben, pro quo Scaliger Taben restituendū docuit.

- 1 Suprà linguam. 4
- 2 In ore. 4
- 3 In oculis. 3
- 4 In malâ, quam Barbari grumiū vocant. 4
- 5 Super caput, quæ Rafaben, hoc est caput Serpentis vocatur. 3
- 6 Trium quæ in primo tortu colli sunt ad rectam lineam septentrionalior. 4
- 7 Meridionalior earundem. 4
- 8 Media earundem. 4
- 9 Sequens has à parte orientis. 4
- 10 Meridiana lateris prioris *ἑκατέρωθεν* quod est in flexu sequenti. 4
- 11 Septentrionalis eiusdem. 4
- 12 Septentrionalis lateris sequentis. 4
- 13 Meridiana eiusdem. 4
- 14 Meridiana trianguli clarioris quod est in spirâ sequenti. 4
- 15 Antecedens Septentrionalium eiusdem. 5
- 16 Sequens

SEQUENTES SVNT EXTRA
 ASTERISMVM.

- 28 Australior post caudam. 3
 - 29 Prior & obscurior. 5
 - 30 Australior inter pedes subarmales Helices, & Leonis caput. 4
 - 31 Septentrionalior ibidem. 4
 - 32 Vltima trium reliquarum occularum. 4
 - 33 Antecedens hanc. 4
 - 34 Antecedens & hanc. 4
 - 35 Inter pedes subarmalis, & Geminos. 4
- Sunt itaque omnino triginta & quinque.
 Subarmales pedes voco *τὸς ἐμὰς δίας*, clunales *τὸς ἀμὰς δίας*. Stella vigesima quinta vocatur Alioth. Scaliger legit *اليده* Idem pro Mirac, legit Mizar. Vltima dicitur BENE CNACZ Scalliger legit *بنات نعش*. Nescio an sit *Penetkash*.
بنات نعش Filia *Vrsa*. In libro qui inscribitur Initium sapientie inuenio: *Vrsa* cum eius puerulo *Vrsam* autem vocari etiam Scaliger docet. Eadem *بنات نعش* vocatur *Elkeid* in tabulis.

Vigesimalam, duodecimalam, & vigesimalam primam indicare videtur Aratus cum ait:

- 32
 16 Sequens earundem.
 17 Antecedens trianguli prioris.
 18 Australior sequentium.
 19 Septentrionalior earundem.
 20 Posterior duarum Triangulo occiden-
 taliorum.
 21 Prior earum.
 22 Australior trium, quæ rectam lineam
 constituunt, sequentium.
 23 Media earundem.
 24 Septentrionalior earundem.
 25 Duarum quæ eas tres sequuntur ab occi-
 dente, Septentrionalior.
 26 Earundem Australior.
 27 Alia quæ in occidentem ab his vergit, &
 est apud tortum caudæ proximum.
 28 Prior duarum aliquantum distantium.
 29 Sequens earum.
 30 Sequens hæc duas prope caudam.
 31 In ultimâ caudâ.

Sunt itaque omnino 31.

Aratus & illum secuti, Serpentis caput paulò
 aliter effinxerunt, ut videlicet tertia & secunda
 singulos oculos obtinerent, prima mentum,
 quinta & quarta tempora designarent. Ait
 enim:

*Αὐτὰ εἰς οὐκ ἑξήκοντα, δύο δ' ὀφθαλμοὺς, εἰς δ'
 ἑξήκοντα.*

Exarilō inēxi. Nō d' ὀφθαλμοὺς πάλιν.

Hoc est Germanico interprete.

*Ardent ingentes oculi, canna tempora claris
 Ornantur flammis: mento sedet unicus ignis.*

Aratum sequitur Hyginus, qui in reliquo cor-
 pore decem ponit, inter quas sunt octo illæ ter-
 tiæ magnitudinis, quas posuimus, & duæ
 quartæ: Anonymus in summâ cum Hygino
 convenit, non in situ, nisi numeri ita emen-
 dandi: *in capite splendidus V. in corpore verò
 usque ad caudam X.* Ita conveniet cum Hy-
 gino. Tortum vocavi, in stellarum enumera-
 tione elationem & vibrationem spiræ *τὸ κατὰ
 τὸν ἀστέρα, ἢ ἐπιποσθὴν*, ut & Cicero in alio opere:

*Vidimus immensi specie tortuq; Draconem
 Terribilem.*

Et Virgilius:

longas fugiens dat corpore tortus.

Et ita appellant Aratei interpretes in hoc siede-
 re, & in Ophiucho, nec non in Hydrâ. Hinc
 tortus serpens dicitur Germanico:

Tempora laeva premit torti subiecta Draconis.
 Emendandus Martianus Capella de eodem ser-
 pente loquens:

Et spiritus torto niverunt astra Draconi.

Hodie *toruo* legitur, qui locus oculos nostros
 in nuperâ editione effugit. Sed, ut ad rem re-
 deamus, in Sphæris vulgaribus hæc stellas re-
 perias, sed magnitudines aliquando discrepant.
 De situ serpentis suprâ diximus. In Imagini-

bus nostris quas ex Manuscripto expressimus
 longè alia forma est. Sed ea fuit veterum opi-
 nio, ut putarent Serpentem in literæ S formam
 Vrsis interlabi, easque distinguere, & circun-
 cludere. Exprimat Manilius:

*Has interfusus circumq; amplexus utranq;
 Diuidit, & cingit stollis ardentibus Anguis.*

Et alibi:

— & versas frontibus Arctos

Vno distingui medias, claudiq; Dracone

Credimus exemplo.

Et disertè Anonymus: *Draco, qui utranque
 Arcton flexuoso corpore semicingit. Quæ no-
 tanda, non credenda. Melius Hyginus: Draco
 inter duas Arctos collocatus videtur corporis si-
 nu facto Arctum minorem ita concludere, ut
 penè pedes eius tangere videatur: cauda autem
 flexa caput maioris attingere: & suo capite tan-
 gens, corpus ut in spheram complicari. Legen-
 dum in spiram complicari. Hæc de primo aste-
 rismo. Ad alios pergamus: Et primus quidem
 ex Arati ordine sese offert.*

ENGNASI.

Sequitur Engonasi, qui Latine Ingeniculus,
 & Nisus, sine Nixus appellatur. Idem in fabu-
 lis Hercules, alius Ceteus, alius Theseus, non-
 nullis Thamyris, quibusdam Orpheus. Aratus
Ἰδωνος ἀρωαδὸς & *Ἰγνὸς* appellat, quia eo
 tempore nulla adhuc de eo prodita erat fabula
 quod indicat Auienus:

Illa laboranti similis succedit imago

Protinus: experti quam quondâ dixit Aratus

Nominis, & cuius laus quoq; causa laboris.

Panyasi sed nosa tamen, cui longior ætas

Erunt excussis arcana exordia rebus.

Ita enim illa puto emendanda. Primus, ut in
 hoc loco liquet, Panyasis, in Heracleâ videli-
 cet, Hercule esse professus est, quem plurimi se-
 cuti. Arabes Algethi appellat, Mappa, quæ pe-
 nes Scæ-
 ligerum *جاني على ركبته*

& caput Rasalgeti. Est autem Algethi incur-
 uatus in genu. Qui eundem Nisum vocari
 Vitruvius putant, admodum falluntur. Osten-
 dimus iam in Notis nostris ad Capellam cir-
 tum esse librarij. Legendum Nisus, vel Nixus.
 Hoc itaque nomen spurium. Engonasi non sa-
 tis propriè Græcis: Vno enim tantum genu ni-
 titur. Hic nudus debere pingi videtur. In no-
 stra imagine chlamydem habet, qualem his
 verbis Idorus exprimit: *Est autem pallium
 purum forma rotunda, & fustere, & quasi in-
 undante sinu, & sub dextro veniens, super hu-
 merum sinistrum ponitur: cuius similitudinem
 in operimentis simulachrorum vel picturarum
 aspiciamus.* Et Apulcius: *puer nixus nisi quod
 opheticus*

ephebia oblamyde finitrum tegebat humerum
 Similem vestis figuram in Orione inuenies. In
 Arctophylace res contrā se habet. sinister enim
 humerus nudus: Et sanè simile quid in puellis
 innuit Ouidius:

*Pars humeri tamē ima tui, pars summa lacerti
 Nuda sit, à laua conspicienda manu.*

Sed potest hic esse pictoris error. Capella vter
 sit humerus non exprimit cum ait: *inuelatumq;
 cetera humerorum cacumen obnubere.* Græci
ἐπιμυδα vocant, & chlamydas. Propria hæc
 iis qui in cælibatu essent, præsertim militibus.
 Paulus Iuriconsultus humerale vocat; ait
 enim; *Nam si tibiale vel humerale miles alie-
 nauit, castigari verberibus debet.* Cæterum
 Nixō manus dextera erecta est, altera Lyræ in-
 clinata. Pes laeuis paululum flexo genu, ita
 tamen vt erectus sit, premit Draconis caput,
 Rasaben. In manu sinistra est *δρακῶ*, quæ &
λεωνῆ Leonis pellis. In altera clauam habe-
 re fingitur, vt Anonymus docet, & annuit
 Auienus:

*[deus
 En manus ipsa Dei violenta in verbera pen-
 Erigitur.*

Hæc de Schemate. Ad stellas veniamus.

- 1 In capite, dicta Rasalgethi.
- 2 In ala humeri dextri, quam Barbari ru-
 tilicum vocant.
- 3 In illa parte (adiutorium vocant) quæ
 inter humerum & cubitum est, in dextra
 parte, siue in brachio.
- 4 *Ἐν τῷ ὠλέκρον* (quod Arabes Marfic
 vocant) dextro.
- 5 Sub humero sinistro.
- 6 In eâ parte, quæ adiutorium dicitur si-
 nistra.
- 7 In *ὠλέκρον* sinistro, siue Marfic.
- 8 Vltima trium illarum quæ in lacerto
 sunt, quod Arabes Mazym vocant.
- 9 Duarum reliquarum ibidem Septentrio-
 naliōr.
- 10 Australior earundem.
- 11 Super latus dextrum.
- 12 In latere sinistro.
- 13 Septentrionalior in coxæ sinistrae verte-
 bro.
- 14 In initio eiusdem coxæ.
- 15 Trium quæ in femore sinistro prima.
- 16 Secunda earum.
- 17 Tertia earundem.
- 18 In genu sinistro.
- 19 In tibia sinistra.
- 20 Antecedens trium, quæ sunt in pede si-
 nistro extremo.
- 21 Media earum.
- 22 Sequens earum.
- 23 In femoris dextri initio.
- 24 Septentrionalior in ipso femore.

- 25 In genu dextro.
- 26 Sub eodem genu Australior.
- 27 Septentrionalior ibidem.
- 28 In tibia dextra.
- 29 In extremo pede dextro communis cum
 extremitate clauæ.
- 30 Extrâ formā australior brachio dextro.

Sunt omninō 29.

In Sphæris sæpè hic erratum: omittitur enim
 vigesima tertia. In tabulis de Stella penultima
 ita legitur: *Qua est supra extremitatem pedis
 dextri, & est illa qua est supra extremitatem
 hastilis habentis Serpentem.* Dici debuisset
Boots. Nam Serpentarius nullum habet hastile:
 sed Bootes habet *καλαύροπι*, quam Arabes
ARAMECH hoc est hastile appellant. Eius
 summum ferrum tangit pedem dextrum En-
 gonasin, ita vt sit *αριος ἀσπίς Ἐποδος Ἐσφονα-
 σιν, καὶ ὁ καλαύροπι.* Sed de his etiam infra.
 Hoc tamen non prætermittendum, Hyginum
 hac in parte mendosum; ita enim legitur, in
 asterismo Ingeniculi. *In pede vnam, qua dicitur
 clara.* Legendum *claua*. Nam quod qui-
 dam *καλαύροπι*, alij *πέπαλον* esse maluerunt.
 Dicit stellam pedis clauam appellari, vt alibi
 stellam ventris Andromedæ, Pegasi caput dicit
 nominari. Sunt enim *αριος ἀσπίς*. Hoc quo-
 que notandum stellas octauam, nonam, & se-
 ptimam, à nonnullis in *δρακῶ* collocari, vt in
 Sphæris, quibus Hyginus & Scholiastes assen-
 tiuntur, qui etiam decimam coniungunt, vt
 sint quatuor *ἐν τῇ δρακῶ*. Nos in lacerto posui-
 mus, siue *ὄν τῷ καρπῷ*. Astronomorum vul-
 gus os brachij maius vocat, ad distinctio-
 nem minoris, quod *παραπήχιον* vocatur, vt
 maius *αεσπήχιον*. Arabibus, à fortitudine, vt
 videtur, *Maaly* dicitur. In stella decima nonâ
ἀντικνήμιον tibiam transfuli: hoc est partem su-
 ræ oppositam. Nam *κνήμη* totum crus est, *ἀντι-
 κνήμιον* tibia, *ζαπροκνήμια* sura. In quarta stella
ὠλέκρον voco, seu *ἀσπίς*, quod vulgo re-
 clinatorium dicitur, hoc est
 Marfic, à Themate *ρηγ* quod **مرفق**
 inniti significat. Dicos *κλῆρον*
 dixerunt, vnde nomen Latinum mansit. Hoc
 quoque non reticendum, Hyginum stellas lu-
 cidiores nominare 19. Anonymum 24. Sed
 summa cum numero non conuenit.

CORONA.

Subit Corona, quæ ad eius quæ sub pedi-
 bus Sagittarij est, differentiam, Borea appella-
 tur: & Ariadnæ tribuitur. In nostra figura.
 Corona picta est Triumphalis. In Sphæris
 nouum regalis Diadematis genus. Veterum
 diuersa opinio. Quidam ex capillis constitu-
 tum putabant; alij ex floribus. Ex capillis Cal-
 limachus

limachus, & eius interpres Catullus in elegantissimo carmine:

Scilicet in vario ne solum limite cali

Ex Ariadnae aurea temporibus

Fixa Corona foret: sed nos quoque fulgeremus

Deuota flani verticis exuvia:

Huc pertinet illud Scholiastæ Anonymi hoc tamen loco mutuli: *Signum amoris eius crines ostendunt.* Et illud Auieni:

Hæc Ariadnae capitis testatur honorem.

quod tamen & aliter potest intelligi. Ex floribus esse putat Manilius libro 5. & Capella:

Hoc quoque Nysæis quod sparsum floribus ardet,

Multiplici ambitum redimitur lumine fertum. Hyginus & Anonymus ex auro & gemmis (quas & in nostrâ imagine vides) esse factam fabulantur.

Arabes Coronam hanc *Alpheta* nominant, quod *αυηη* stellæ quam primam recensebimus, attribuitur: quod verius est. nam *Alpheta*, vel *Alphacca* solutionem significat. Vtro modo scribas parum refert. nam idem ferme sunt *αυηη* & *αυηη*.

- | | | | |
|---|----------------------------------|---|--|
| 1 | Lucidissima, in commissurâ. | 2 | |
| 2 | Prima omnium. | 4 | |
| 3 | Sequens hanc ad Septentrionem. | 5 | |
| 4 | Sequens & hanc ad Septentrionem. | 6 | |
| 5 | Sequens ab Australi parte. | 4 | |
| 6 | Sequens hanc ibidem. | 4 | |
| 7 | Sequens post illam. | 4 | |
| 8 | Vitima. | 4 | |

Sunt simul octo.

Prima stella magni nominis est, & *Alpheta*, & *Malfecare*, & *Munir* Arabibus appellatur, de quibus vide Scaligeri iudicium, qui & quartum nomen *Aeli Iuschemali* ex Arabica *Mappâ* protulit. Stella hæc eo in loco est, vbi Corona colligatur. Solebant enim tæniis Coronas colligare, ita vt pars extra coronam penderet. Eas fasciolas *λυνιονες* vocabant. Speciem habes elegantem in imagine ex Manuscripto editâ. Malè itaque faciunt qui *Gnosiam* hanc, siue *Ariadneam* Coronam, sine vllâ commissurâ pingunt. Hyginus & eum secutus Anonymus nouem stellas collocant, nisi in numeris erratum: Quod dici possit, nisi Ouidius clarè exprimeret *Fast.* 111.

Dicta facit, gemmasq; nouem transformat in ignes:

Aurea per stellas nunc micat illa nouem.

Quod verò tres esse aiunt cæteris clariores falsum, cum vna tantum sit secundæ magnitudinis, tertiæ nullæ, quartæ quatuor.

OPHIUCHVS CVM SERPENTE, ET SCORPIVS CVM CHELIS.

Ophiuchus capite caput Nixi contingens serpente circumplicatur, qui cum medio cingens à dextrâ per clunes transiens ad Aquilam vsque erigitur, à sinistrâ porrectus apud Coronam caput erigit: Ita vt stella, quæ in mento est Coronam fermè attingat. Germanicus:

*Quantumq; ab laeuâ distantia Serta notatur
Erigitur tantum Serpens, atque vltima mēto
Stella, sub atherâ fulget crinita Coronâ.*

Sub pede sinistro Ophiuchi pectus est Scorpij, nam quod Aratus vtrunq; pedem nominat, est *αποελλοζον*, & quod de oculo dicit nō omnino verum. Scorpius hic inter duodecim signa est septimus, & duo *δωδεκατημόριον* in se complectitur, vnde *μέγα Ινχιος* Arato dicitur. Sed *δωδεκατημόριον* septimum brachia illius complectuntur, quæ Græcis *χαλεις* dicitur. octauum corpus ipsius Scorpij. Habent Scorpij, vt & Cancri, præter pedes senos, vel (vt alij) octonos duo quasi brachia, & in iis vngulas bipartitas. Has Barbari *graffias*, Latini (vt Plinius) *forficulas*, Græci *χαλεις* vocant. Et hoc pacto Scorpius duas explet Zodiaci partes. Vnde Germanicus:

*Scorpios hinc duplo, quàm cætera, possidet orbe
Sidera, per Chelas geminato lumine splendens.*

Et Ouidius:

Porrigit in spatium signorū membra duorum.

Auctor carminis de Cyri:

Vnum quem duplici stellatum sidere videt

Scorpius, alternis clarum fugat Oriosa.

Latini tamen, vt singula dedecatemoria singulis signis conuenirent, Chelas Libram vocarunt: & quia eâ in parte, post I. Cæsaris cædem stella noua apparuisse visa est, eam Cæsari consecrarunt, & Augusto. Hinc Virgilius:

*Anno nouum tardis sydus te mensibus addas
Quâ locus Erigonæ inter Chelasq; sequentes
Panditur: ipse tibi iâ brachia contrahit ardēs
Scorpius.*

Quo in loco non dicit eandem esse Chelas cum Librâ, sed Libram ob Cæsaris honorem inter Scorpium & Virginem locatam contraeis Scorpij brachiis. In Catalectis habes *Et Libram quam Cæsar habet.* De mensibus tardis quod ait conuenit cum illo loco in *Bucolicis*:

— *incipient magni procedere menses.*

quod in Cæsarum gratiam dictum innuit Seruius. Huc quoque pertinere videtur, quod Manilius librâ horoscopante natos iustos facit, & Imperatores, & Libræ pro regione Romanum assignat imperium. Librâ hæc sub pedibus est Virginis, ante Scorpionis brachia, quæ contracta esse dixi. Ab vno latere tangit spiram serpentis

serpentis quæ manui lævæ Ophiuchi (Ied hoc est manum vocant Arabes) est proxima. Ab altera parte Hydræ spectat caudam. Habes suum quatuor siderum: nunc ad singulorum appellationes, & stellas veniamus.

Ophiuchus Græcis (pro quo quidam perperam ὀφίουχου scribunt) est Anguitenens & Serpentarius Latinis & Arabibus Afeichus, cuius verbi puncta vocalia si mutes, erit nomen Græcum, Iisdem & Alaugue dicitur, quod effeminatum interpretantur. Sed Scaliger docuit Eihague legendum, quod Serpentarium significat.

In fabulis est Æsculapius, Carnabons, Hercules, Triopas, Glaucus. Stellas has habet.

- 1 In capite, quæ Rasalauge dicitur. 3
- 2 Prior duarum in humero dextro. 4
- 3 Sequens earundem. 4
- 4 Prior duarum in humero sinistro. 4
- 5 Posterior earum. 4
- 6 In ἀλεξογόνη, id est, Maris sinistro. 4
- 7 Prior in manu sinistra extremâ. 3
- 8 Posterior: viraque Ied vocatur. 3
- 9 In cubito. 4
- 10 Prior in manu dextrâ extremâ. 4
- 11 Posterior ibidem. 4
- 12 In genu dextro. 3
- 13 In dextrâ tibiâ. 4
- 14 Prima apud calcem dextram. 4
- 15 Secunda ibidem. 4
- 16 Tertia ibidem. 4
- 17 Quarta ibidem. 5
- 18 Sequens has in calcaneo. 5
- 19 In sinistro genu. 3
- 20 Septentrionalior trium quæ in tibiâ sinistra rectam lineam constituunt. 5
- 21 Media earum. 5
- 22 Australior earum. 5
- 23 Apud calcaneum pedis sinistri. 5
- 24 Attingens plantam sinistram. 4

Sunt itaque omnino 24.

Stellam nonam Alphonsinæ tabulæ in Maris sinistro collocant: sed malè. Nam ille locus sextæ debetur, quod nec tabularum auctores inficias eunt. In Ptolemæo in descriptione stellæ decimæ quartæ legitur: τὴν ἐπὶ τῆς δεξιᾶς πλάτης. Lege δὲ τὴν ἀριστερῆς. Hygini summa est sexdecim, in quo multa nobiscum conveniunt, nisi quod locis non satis aptis sunt quæque disposita. Idem septimam, & octavam angui, non manui annumerat. Unâ stellâ Anonymus Hyginum superat. Imò non superat, sed Hyginus ad eius numerum emendandus. Nam septendecim enumerat, sed in summâ exscribendam erratum, ut sæpè alias.

Ophiuchi serpens siue anguis Græcè ὀφίς simpliciter nominatur, quod non puto apud eos unquam de Dracone Arctico esse. Latini tamen sæpè eum Anguem nominant, ut Avienus:

Anguis ob ora

Vertitur, & longè postremâ lapsus in Arctum Rursus maioris repetit confinia signi

Ita enim ibi legendum puto. Serpentem eundem vocat Germanicus:

Has inter medias abrupti fluminis in Æar

Immanis Serpens sinuosa volumina versat.

Græci hæc in re cautiore, qui hunc ὀφίον nominant, alterum ὀφίον. Non desunt qui hunc ἑξήδεον velint nominari, quod anguillam sonat. Arabicum nomen nec dum inveni. Nunc stellas percipe.

- 1 Quadrilateri quod in capite est illa quæ in extremâ maxillâ. 4
- 2 Ea quæ nares tangit. 4
- 3 Ea quæ in tempore. 3
- 4 In colli origine. 3
- 5 Media quadrilateri et in ore. 4
- 6 A capite in Septentrionem. 4
- 7 In colli primo flexu. 3
- 8 Septentrionalis trium, quæ sequuntur. 4
- 9 Media harum. 3
- 10 Australis earundem. 3
- 11 Prior duarum quæ post sequentem flexum sunt in manu sinistra. 5
- 12 Posterior earum. 5
- 13 Post partem posteriorem femoris Ophiuchi. 4
- 14 Duarum sequentium australior. 4
- 15 Septentrionalior earundem. 4
- 16 Sequens manum dextram in flexu qui apud caudam. 4
- 17 Sequens hanc, in ipsâ caudâ. 4
- 18 Ultima in caudæ extremo. 4

Sunt itaque omnino numero 18.

- Apud serpentarium, & serpentem extra formam.
 - 1 Septentrionalis trium quæ sunt ad Ortum ab humero dextro. 4
 - 2 Media earundem. 4
 - 3 Australis earundem. 4
 - 4 Sequens has super mediam. 4
 - 5 Solitaria ad Septentrionem vergens. 4

Hæ sunt quinque.

In Sphæris plerisque duodecimam non inuenies. Hyginus & Scholiastes hic nimis liberales, quorum hic triginta stellas serpenti tribuit, alter viginti, & duas, nam quod legitur viginti tres à malâ manu est. Hoc quoque non prætereundum; aliud esse dorsum Serpentis Germanico, aliud Hygino. Germanicus cum ait:

At qua se dorso sonabit lubricus anguis.

Locum illum intelligit ubi stella undecima est. Hyginus illum ubi decimatertia cum sequentibus. In imagine illâ quâ nos ex Manuscripto propo-

propofuimus multipliciter erratum. Ad ftellas quod attinet nihil iis credendum. Numerus propè cum Hygino conuenit. Nos pergamus. Scorpio, fiue Scorpius (vtrunque enim legimus) Græcum eft nomen, hoc integrum, illud deprauiatum. Arabes Alacrab.

العقرب (Ita enim pro Alacrab legèdum ex Scalligero didicimus) vocant. In Gloffario Medico eft: HACRAB, Arabicè id eft Scorpio Latini quidam Nepam dixerunt. Gloff. Nepa ονομασίου. Cicero lib. v. de Finibus: *Cornibus uti videmus boues, Nepas aculeis.* Idem in Aracis plerunque Scorpium Nepam tranftulit, vt in enumeratione fignorum Zodiaci:

Exin proiecta claro cum lumine Chela, Ipsaq; conſequitur lucens via magna Nepai. Et de Ophiucho:

Atque oculos urget pedibus, pectusq; Nepai. Feftus tamen vocabulum hoc Africum à quibusdam pro Cancro accipi dixit, & verè. Ideoque fruſtrà reprehenuſ à quibusdam Non. Marcellum ſecuti. In eo loco Auiceni:

Cur Hyperionis Nepa circumſpiceret ignes. Nonne clarè Cancrum indicat? Ipſe Cicero cum ait de Hydrâ:

Hac caput atque oculos torquens ad terga Nepai.

Nonne illud Arateum expreſſit? — καὶ εἰ κεφαλὴν ἔχει ὀπίσθεν καρκίνου ἰνέει.

Et habent profecto auctorem ſuum. Nam Plautus in Caſinâ dixit:

Receſſim dabo me ad parietē imitabor Nepam. Nam receſſim ire Cancrī proprium, qui ὀπίσθεν Græcis dicitur. Manilius tamen aliiq; pro Scorpio malunt accipere, quod non improbo, ſed & alterum ſero. Nunc ſtellas explicemus.

- 1 Septentrionalis trium lucidarū in fronte. 3
- 2 Media earum. 3
- 3 Australis earum. 3
- 4 Australior præcedenti, quæ eſt in vno pedum. 3
- 5 Septentrionalior duarum lucidarum in latere ſeptentrionali. 4
- 6 Australior earundem. 4
- 7 Antecedens trium lucidarum in corpore. 3
- 8 Media, quæ Calbalacrab id eſt Cor Scorpij dicitur. 2
- 9 Sequens trium. 3
- 10 Antecedens duarum ſequentium, quæ ſunt tanquam i n vltimo pede. 5
- 11 Sequens earum. 5
- 12 In primâ vertebrâ. 3
- 13 In ſecundâ. 4
- 14 Septentrionalior duplicis in tertiâ vertebrâ. 4

- 15 Australior ibidem. 4
- 16 In vertebrâ quartâ. 3
- 17 In vertebrâ quintâ. 3
- 18 In vertebrâ ſextâ. 3
- 19 In vertebra vltimâ aculeo proximâ. 3
- 20 Posterior in aculeo, ὅν τῶν κίρκων quæ Leſchat vocatur, & Schomleck. 3
- 21 Prior ibidem. 4

Octaua Græcè ἀντάγης dicitur. Hoc veſpertilionem Sophocli ſignificat. Alphoſinarum auctores legiſſe puto ἀντάγης. Heſychio ἀντάγης Tyrannum ſignificat. In tabulis legitur *tendens ad rapienam.* Eadem eſt Arabicè

قلب العقرب Hoc eſt, — لقلبة Penultima dicitur **لسعة** Leſchat, & Schomleck. pro Schomleck. Scaliger Moſelek

legit per μεταθήσειν. Diuinum hoc vt omnia quæ ab illo. Ex hiſce ſtellis quindecim recitat Hyginus, & totidem, imò eandem Anonymus. Extrâ formam ſunt.

- 22 Vna acumini propior Nebuloſa. 4
- 23 Prior duarum ad Septentrionem recedentium ab acumine. 5
- 24 Posterior earundem. 5

Sunt itaque omnes Scorpij ſtellæ 24. Sequuntur Chelæ, quæ Virgilius brachia Scorpij dixit. Anonymus nō ſatis rectè cornua. Arabibus **زبان الشمالى** eſt Zubeneſchamali, & **زبان الجنوبى** Zubenelgenubi,

زبان الشمالى & **زبان الجنوبى**

- 1 Duarum quæ in extremâ Chelâ Australi lucidor. 2
- 2 Septentrionalior earum, & obſcurior. 5
- 3 Lucidior in extremâ Chelâ ſeptentrionali. 2
- 4 Prior, & obſcurior. 5
- 5 In mediâ Chelâ Australi. 4
- 6 Præcedens hanc in eadem Chelâ. 4
- 7 In mediâ Chelâ Septentrionali. 4
- 8 Sequens hanc in eadem Chelâ. 4

Sunt itaque octo. Latini Chelas Libram, vt dixi, appellaerunt, & Arabes eos ſecuti Mizan quod ſi velis has ſtellas in Libræ formam, vt fieri nonnunquam ſolet, redigere oportet lancem vtranque tam amplam facere, vt non tantum vngulas, ſed & brachiorum pluſquàm dimidium complectantur. Nam aliter ſtellæ duæ vltimæ ingredi non poterunt. Hoc voluit Virgilius:

— tibi brachia contrahit ardens Scorpius, & cali inſtâ pluſ parte relinquit. Hoc

Hoc in Sphæris non obseruatur, cum Almage-
stum postulet. Haly celeberrimus magister vi-
detur etiam duas stellas quæ in pedibus sunt
Virginis Libræ assignasse. Cui assentiri vide-
tur Martianus: *Scorpius enim (ait) tam suum
spatium corpore, quam Chelis occupat Libra:
Cuius superiorem partem pedes Virginis occupa-
runt.* Ita essent decem stellæ. Aliter octo, hoc
pacto.

- | | | |
|---|---------------------------------------|---|
| 1 | Clarior in extremo lancis australis. | 2 |
| 2 | Septentrionalior ibidem, & occultior. | 5 |
| 3 | Clarior in extremo lancis Sept. | 2 |
| 4 | Prior, sed obscurior, ibidem. | 5 |
| 5 | In medio lancis Australis. | 4 |
| 6 | Prior in eadem lance, | 4 |
| 7 | In medio lancis Septent. | 4 |
| 8 | Alterâ ibidem, sed prior. | 4 |

Huiusmodi formam nos exprimi iussimus
tum ne vllum sidus in his cælestium formarum
imaginibus desideraretur, tum quia hæc in
Sphæris non satis obseruata. Hyginus, & Ano-
nymus, quatuor primas agnoscunt. Quod ita-
que Aratus de Chelis ait:

Αἱ ἐν πρῶτῳ φαίον ἰπιδόβεις, εἰς τὴν ἀγρωσίαν.
Vix verum est: quare correxit, vt sæpè, Germa-
nicus, qui ait:

Insigni calum perfundent lumine Chela.

quem versum alibi aliter exposuimus. Tu elige.

Stellæ prope Libram extrâ formam hæc sunt.

- | | | |
|---|---|---|
| 1 | Antecedens trium quæ à Chelâ dexterâ in
Septentrionem declinant. | 5 |
| 2 | Duarum sequentium prior. | 4 |
| 3 | Posterior earundem. | 4 |
| 4 | Sequens trium quæ sunt inter brachia. | 6 |
| 5 | Antecedentium ibidem septentrionalior. | 4 |
| 6 | Australior earundem. | 5 |
| 7 | Trium Australiorum Chelâ Australi
præcedens. | 4 |
| 8 | Duarum reliquarum Septentrionalior | 3 |
| 9 | Earundem australior. | 4 |

Sunt itaque extra formam 9 & vnâ
cum aliis 17.

ARCTOPHYLAX.

Arctophylax alio nomine Bootes appella-
tur, hoc est, bubulcus, quod Almagesti transla-
tores malè vociferatorem interpretantur.Erro-
rem docuit Scaliger, eiusque causam, in diuinis
ad Manilium commentariis. Idem etiam Che-
guis, vel Ceginus dicitur. Sed hoc ex Cepheo
huc tralatum. In fabulis Arcas, vel Icarus, Ly-
caona quoque nominat Ouid.

*Tertia post Nonas remouere Lycaona Phæbe
Fersur, & à tergo non habet Vrsa metum.*

In Manuscripto nostro similem habet ἰπιδό-
βει, ei quæ Nix appingitur. Id quod in ma-
nu habet καλαύρονα esse ostendimus. Hinc
corruptum illud apud Arabes nomen Inca-

lurus. Debebat enim scribi non vt nunc In-
calurus, sed parua muta-
tione

القفلوروس

Alkalaurops. Ptolemæus

καλόροπος appellat: καλαύροπον. Hesychius.

Hyginus, vt supra diximus clauam, hoc est ῥό-
πιλον esse voluit. Eius formam veram habes in

Manuscripti nostri imagine, cui similis illa

quæ Herculi genu nixo tribuitur. nisi hæc pot-
tius καλαύροπος sit species, quod magis puto.

Erat enim καλαύροπος pedum incuruum. Habet

& Orion ῥόπιλον, siue καρμύλο, sed de eo alibi

diximus. Arabes alij hastile esse voluerunt, &

vocant hastile canum nonnunquam, quod ego

venabulum interpretor. Solebant enim non-

nunquam venatores numellas (quarum men-
tio apud Varronem, Festum, Columellam)

quibus canes erant alligati suo λαγωτόλα an-

nectere. Hinc est quod Aramech

& Lanceator nominetur, quod

tamen propriè tribuitur stellæ

Arcturo: vt & Auieno, & Capellæ ipse Boö-
tes Arcturus nominatur. In Hygini vulgatis

codicibus ante pedes Boötæ manipulus qui-
dam fingitur, quem se Scaliger in suâ quoque

mappâ vidisse testatur. Hic quanquã stellas non

habeat, Arabibus cognitus nomen Azimeth,

quod manipulum designat, acce-
pit. Hinc totum sidus ita appella-

tum, & postea stellæ Arcturo spe-
ciali priuilegio tributum. In iisdem Hygini

exemplaribus in manu illâ in quâ hastile non

habet, quæ læua esse deberet, instrumentum

quoddam habet rusticum, quod, quia mani-
pulus adest, non ineptè mergam esse putaueris.

Sed species falcem, aut potius marram (ita
enim Columella vocat, & Iuuenalis: Hesychius

μάρρον ἐργαλείον σιδηροῦ) qua herbæ inutiles
extirpabantur, indicat. Rationem vtriusque

hanc esse existimo, quod Petellides Gnosius
Booten hunc Philomelum Cereris filium esse

fabuletur, primum agriculturæ inuentorem.
Hæc de figura dixisse sufficiat ad stellarum

enumerationem veniamus.

- | | | |
|----|---|---|
| 1 | Antecedens trium in manu sinistra. | 5 |
| 2 | Duarum sequentium prior. | 5 |
| 3 | Earundem posterior. | 5 |
| 4 | In sinistro cubito. | 5 |
| 5 | Sub humero sinistro. | 3 |
| 6 | In capite. | 4 |
| 7 | In humero dextro. | 4 |
| 8 | Septentrionalior istâ, in principio hastilis. | 4 |
| 9 | Adhuc Septentrionalior in acumine. | 4 |
| 10 | Septentrionalior duarum sub humero in
hastili. | 4 |
| 11 | Australior earundem. | 6 |
| 12 | In summitate manus dextræ. | 5 |

- 13 Prior in dextro $\alpha\delta\gamma\pi\delta$.
- 14 Posterior ibidem.
- 15 In manubrij hastilis extremitate.
- 16 In coxâ dextrâ, vel in subligari.
- 17 Posterior in Zonâ.
- 18 Prior in Zonâ.
- 19 In dextro calcaneo.
- 20 Septentrionalis trium quæ sunt in crure sinistro.
- 21 Media trium
- 22 Australis eandem.
- Extra formam.
- 23 Inter utrunque femur:

5 lectum est perperam ex hac inepta lectione factum Mirac, pro Mirar, & Mirar pro Miraz. Et hæc de hoc vestimenti genere, & ipso asterismo satis. Ad alia veniamus.

VIRGO.

Ea quæ Græcis $\nu\epsilon\gamma\lambda\acute{o}\varsigma$, Latinis Virgo dicitur, in fabulis Astræa, Erigone, Atargatis Syrorum Dea, Fortuna, Ceres. Sunt & qui Parthenon $\nu\epsilon\gamma\lambda\acute{o}\varsigma$ $\delta\iota\iota\mu\alpha\lambda\acute{\epsilon}$ appellatam dicant Apollinis filiam. In Manuscripto nostro deest eius imago, nisi quod videri possit cum Aurigâ confusa, ut infra demonstrabimus. Hæc quam nos exprimendam curavimus, ex Hygini exemplaribus est desumpta. In eâ pro spicâ habet oliuam & in manû alterâ caduceum, adeo ut manifestum sit, fuisse qui eam Pacem esse dixerint. Nam & Græci $\epsilon\iota\lambda\epsilon\upsilon\theta\iota\varsigma$ coluere, & Latini, cum liqueat Augustum ei Aram cõsecrasse. Habemus etiam in Glossario Latino-græco. *Panda $\epsilon\iota\lambda\epsilon\upsilon\theta\iota\varsigma$ $\text{I}\epsilon\delta\acute{o}\varsigma$. De hac ita Arnobius: Et quod Tito Tatio, Capitolinum ut capiat collem, viam pandere atque aperire permissum est, Dea Panda est appellata, vel Pastrica. Alij ut puto, non curantes $\tau\acute{o}$ $\epsilon\tau\epsilon\rho\mu\gamma$ ab eadem Historia Pandæ numen cepisse putarunt, ob Pacem inter Titum Tatium & Romulum factam, ideoque eam Pacis Deam putarunt. Simili ratione Fast. Ouid. vi. Concordia eandem rem narrans introducit. Meminit Pandæ Varro in isto carmine semigræco.*

Sunt itaque omnino 23.
Stella vltima primæ magnitudinis Græcis $\nu\epsilon\gamma\lambda\acute{o}\varsigma$ $\epsilon\iota\lambda\epsilon\upsilon\theta\iota\varsigma$ Arcturus dicitur: De quo Aratus:

$\epsilon\tau\acute{\iota}$ $\delta\epsilon$ $\alpha\upsilon\tau\acute{o}\varsigma$ $\alpha\pi\alpha\tau\acute{\epsilon}\varsigma$ $\epsilon\lambda\iota\omicron\tau\epsilon$ η $\alpha\pi\alpha\sigma\theta\acute{\iota}\nu$ $\alpha\sigma\eta\epsilon$.
Et ita Proclus: α $\mu\upsilon$ $\gamma\delta$ α $\nu\alpha$ $\mu\iota\sigma\alpha\tau$ $\tau\omega\lambda$ $\nu\epsilon\gamma\lambda\acute{o}\nu$ ϵ $\alpha\pi\alpha\sigma\theta\acute{\iota}\lambda\alpha\kappa$ ϵ $\nu\alpha\iota$ $\delta\epsilon$ ϵ $\nu\alpha\iota\omicron\mu\upsilon$ ϵ $\alpha\sigma\eta\epsilon$ $\alpha\pi\alpha\tau\acute{\epsilon}$ ϵ $\nu\omicron\mu\acute{\alpha}\lambda\epsilon$. Hunc Arabes Alimech, & Aramech nominant. Vidi qui cum Alkameluz nominaret. Alius quispiam Arabis interpres audientem transiit. Rationes comminisci ego non possum. Quinta, sextæ, septimæ, & trium quæ in dextrâ sunt, Auienus mentionem facit. Hyginus, & Anonymus omittunt aliquas, qui tamen hoc in loco deprauati. Is qui imagines quæ in Manuscripto sunt pinxit, non intellexit id quod Hyginus, & Anonymus volunt in utrisque pedibus singulas esse stellas. Nam pedem, non ut ille putauit, plantam η $\alpha\upsilon\tau\acute{o}\varsigma$ $\nu\epsilon\gamma\lambda\acute{o}\nu$ intellexere, sed totum illud quod à genu ad imum vsque est. Stellas enim, ni fallor, inuuant decimam nonam, & vigesimam. Stellam decimam sextam in subligari collocauimus, ex Ptolemei, & Arabum maximè sententia. Solebant enim Arabes, & Hebræi sæpè uti pannis quibusdam, quibus pudendas partes velarent, ita tamen ut ad genua vsque pertingerent. Perizonata, & campestria vocat Isidorus, quorum posterius apud Horatium inuenias. Similes his $\lambda\alpha\tau\epsilon\iota\delta\epsilon\varsigma$, quarum in balneis vsus, ut priorum in campo. Huius generis erant, $\mu\epsilon\tau\epsilon\lambda\lambda\omicron\upsilon\alpha$ hoc est femoralia, quorum mentio est

Exodi xxviii vbi de vestibus sacerdotalibus agitur. Ad quem locum respexit Isidorus, cum dixit Tit. de veste Sacerdotali in lege. *Batin siue feminalia, bracca linea vsque ad genua pertingentes, quibus verecunda sacerdotis velabantur.* Verbum illud quo vitur Isidorus, **BATIN** corruptè legitur pro *Baddim*, $\mu\epsilon\tau\epsilon\lambda\lambda\omicron\upsilon\alpha$ lineum. In Tabulis Alphonisais $\mu\epsilon\tau\epsilon\lambda\lambda\omicron\upsilon\alpha$ hoc, siue, ut ibi legitur pannus quo verenda teguntur, appellatur *mezer* lege *mezer* $\mu\epsilon\tau\epsilon\lambda\lambda\omicron\upsilon\alpha$ pro quo male Mirac. Quod si de litera **ZAI** apicem sustuleris, erit **BA**. Itaque Mezer pro Mezer

Θία Anna Peranna, Panda, η $\alpha\upsilon\tau\acute{o}$, Pales, Nerienes, & Minerva, Fortuna, ac Ceres. Ita enim versus illos apud Gellium cap. 21. lib. 13. emendandos censeo. Meminit & Pandæ Augustinus. Auienus Isidem à quibusdã hanc appellatam indicat: Quidam Iustitiam, siue *δίκη* nominant. Emendandus itaque Scholiastes Anonymus, in quo errore ex notis profecto legitur *ε* η $\alpha\upsilon\tau\acute{o}$ $\nu\epsilon\gamma\lambda\acute{o}\nu$ $\nu\alpha\lambda\acute{\iota}\sigma\tau\omicron\tau\omicron\upsilon$. *Iustitiã* vocat Auienus, Germanicus, Hyginus, & ipse Anonymus ex Nigidio. Arabibus *Eladari*, & frequentius *Sumbala*, vocatur: quorum postremum spicam significare docuit vir magnus. Recte: nam Hebræis $\mu\epsilon\tau\epsilon\lambda\lambda\omicron\upsilon\alpha$ sunt *Spica*. Arabes more suo & Chaldaico Nun intericiunt, præsertim vbi Dagesch inuenitur. Nomen itaque partis toti signo adhaerit. Est autem Virgo XII signorum sexta, si ab Ariete incipias: Arato quarta. De eius vestibus infra. Nunc stellas recenseamus.

- 1 Australis in $\nu\epsilon\gamma\lambda\acute{o}\nu$.
- 2 Septentrionalis ibidem.
- 3 Duarum sequentium in vultu Septentrionalis.
- 4 Australis

$\mu\epsilon\tau\epsilon\lambda\lambda\omicron\upsilon\alpha$

- 4 Australis ibidem.
 - 5 In summitate alæ sinistrae.
 - 6 Prima quatuor in eadem alâ.
 - 7 Altera ibidem.
 - 8 Tertia.
 - 9 Postrema.
 - 10 In dextro latere sub Zonâ.
 - 11 Antecedens trium in alâ dextrâ.
 - 12 Australis duarum reliquarum.
 - 13 Septentrionalis earundem, quæ *αὐτὸν* dicitur.
 - 14 Sub manu sinistra, ἢ *σάκκος*.
 - 15 Sub perizomate apud dextram cōxam.
 - 16 Septentrionalis lateris prioris *Ἐπειρῶν* in femore laevo.
 - 17 Eiusdem lateris australior.
 - 18 Alterius lateris septentrionalior.
 - 19 Huius australior.
 - 20 In proplite sinistro.
 - 21 In femore dextro.
 - 22 Media trium *ἐν τῇ περὶ ποδῶν Κύρῳ*.
 - 23 Australis ibidem.
 - 24 Septentrionalis ibidem.
 - 25 In pede laevo.
 - 26 In pede dextro.
- Sunt itaque omnino 26.

EXTRA FORMAM.

- Prima trium ad rectam lineam sub brachio laevo.
- Media earum.
- Infima earundem.
- Trium, quæ sunt ad rectam lineam *ἰσὸς* ἢ *σαρξὶν* prima.
- Earundem media.
- Earundem vitima.

Sunt itaque sex, & cum prioribus 32.

Primæ stellæ sunt *ἐν τῇ κεφαλῇ*: Has non immerito in capitis ornamento locaris, ut & veteres factitasse existimo, præsertim cum & *κεφάλαιον* pro capitis tegumento sumatur, & vocetur ab Arabum interpretibus *orbis capitis* quod *κεφάλαιον* sonat. Isidorus: *Athenienses enim cyclades aureas gerebant, partim in capite, partim in fronte.* Eadem vocatur *στέφανος* lib. IV Athenæo, & aliis. Exponunt Scholiastæ *ἑρπύλλον ἑλσικον τὸ περὶ τῆς κεφαλῆς ἢ ἡμικραυρῶν*, Theophrastus Pharmaceutriā *στέφανον* appellat. Plinius lib. IX. cap. XXXV *Spiras* appellat. Eæ triplices, *Diademata*, *Nimbi*, & *mitra*: quæ omnia erant ex auro: nam de cæteris capitis ornamentis nihil hîc dico. *Mitra* Phrygiarum erat, qua tamen non semper, ut puto ex auro. *Diademata* orbiculi erant ex auro, & gemmis capiti circumdati. *Nimbi* erant transversæ fasciolaræ ex auro in linteo affuto. In Pseudolo Plauti legimus: *Quam magis aspecto, tam magis nimbiata est.* Ita enim cum locum, in

quo frustrâ se cruciant interpretes, explicat Isidorus, & subiungit. *Nam & lumen quod circa angularum capita pingitur nimbus vocatur. Lege Angelorum capita.* Notus est mos Christianorum Angelos, Apostolos, Virginem *Μαρίαν*, & ipsum Christum orbiculo quodam, aut hemicyclio radiato ornatum; Mos simul, & nomen à Paganis tractatum. Nam ad *117* *Æneidos* ubi Virgilius ostendit Penates *Æneæ* apparuisse *multo manifestus lumine* annotat Seruius: *in nimbo suo.* Græce *μαρίον* vocatur, ut Scaliger ad *Catalecta* annotat. Eadem cum nimbo nostro esse videtur semimitra, cuius meminit Vlpianus L. *Argumento* 25. § *Ornamenta De Auro, Argentis, Mundo.* Stellæ torius capitis obscuræ, magnitudinis quintæ: quare non malè Hyginus quod caput eius *nimum obscurum videtur.* Et Auienus: *videtur eaq; vertice summo.* Decimam quintam *ἐν τῇ ἑσπέρῃ* locat Ptolemæus. Tabulæ Alphonsinæ & hanc & decimam quintam in cingulo ponunt. Sed notandum duo fuisse puellis cingula quorum prius strophium vocabânt, quo mammæ cohibebant: fororiantes, Catullus:

— *Strophio lactantes circum papillas,*
quem versum memoriæ lapsu Cinnæ ascribit Isidorus. Multi alij meminere strophij, sed inter alios elegans est ille locus Titinij:

Me miseram, quid agam? inter vias epistola
excidit mihi.
(Infelix) inter tuniculam, & strophium quana
collocaveram.

Castulam vocat Nonius: Græci *ταυρία*. Describit ita Virgilius:

Aurea subnectens exerta cingula mamma:
Hisce Zonulis subdita erat pellis, quæ *mamillare* vocabatur. De quâ Martialis:

Taurino poterat pectus consistingere tergo:
Nam pellis mammæ non capit ista tuas.

Fasciam vocat Ovidius:

Angustum circa Fascia pectus eat.

Et alibi: — *omne papilla*
Pectus habent tumida: Fascia nulla teget.

De altero cingulo inferiori, quæ propriè *ζώνη* & *μίτρα*, clarius est quàm ut explicatione egeat. Sed ubi Ptolemæus ait: *ἢ τῇ δεξιῇ γαστρί* apud dextri femoris vertebram, Tabulæ summitatem manus dextræ habent, quasi *γαστρί* sic *ἀνθρώπων*. *Περὶ ποδῶν* orbiculus est pedibus alligatus, quo gentes quædam vsæ. Ptolemæus *περὶ ποδῶν στέφανος* vocat, nisi tunicam talarem intelligas. Debet itaque pingi Virgo nuda vsque ad mamillas, cum Nimbo, siue diademate, cum Strophio, cum Zonâ, & peripodia, ac veste virginali. Hyginus stellæ nominat XVI, tres amplius Anonymus, non admodum malè. Decima tertia *αὐτὸν* vocatur, quia ante vindemiam oritur, & dicitur Plinio maturitatem

tem vindemiæ promittere, quanquam Ovidius Fastorum IIII originem nominis deducat ex fabulâ aliis intactâ. *αετηρογυγής* Proclo, *αετηρογυγής* vocari dicit Columella Vindemiatores exponens, quicum consentit Ptolemæus. Plinius capite 30 lib. 18. Vindemiatorem vocat, vt & Ovidius: *At non effugiet vindemitor.* Vitruvius: *Ab eo non longè conformata est Virgo, cuius supra humerum dextrum lucidissima stella nititur, quam nostri Prouindemiam maiorem, Græci αετηρογυγής vocitant.* Lege: quam nostri Prouindemiatorem, Græci αετηρογυγής vocitant. Loci cæteri non follicitandi. Arabes hanc stellam *Almucedie*, & *Alaraph* vocant. lege *Almuredin alcafi*. Sequitur stella primæ magnitudinis *σάχρα* dicta: de quâ benè Anien.

Et cum Siriacō torretur spica calore.

Est enim & Sirius primæ magnitudinis. Eam Alzimon vocant Arabes. Item Azimech & Alacel pro quo Scaliger conjunctim legit *Hazimeth alhacel*.

In tabulis vocatur *Asimech*

جزء الحاصل

inermis, ad distinctionem hastilis Bootæ quod similiter *Asimech*, siue *Hazimeth* indigetant Hinc *Spicifera Virgo* Manilio: *Virgo qua spicæ munera gerat* in Catalectis.

GEMINI.

Sequitur apud Aratum Geminorum signum, & deinde Cancrī. Apud Germanicum ordo est permutatus. Signum hoc in Zodiaci ordine est tertium. Græci similiter *Διδύμους* vocant: Arabes *Elgeuze*. quod tamen Orionis proprium, vt infra docebimus. Plerique hos putant esse Tyndaridas, qui & Ledæi iuvenes, & Dioscuri vocantur: Castorem, & Pollucē. De his fabula antiqua est, alternis viuere, & mori: quod qui ita explicarunt, quasi oriente vno alter occidat, nimis sunt *ἀναστροφολογοί*. Sed hinc nata est fabula, quod cum vnus alteri incumbat in Finitore Græcanico alter altero adhuc eminente totus ferè occidat, idemque rursus prior, oriatur, & ita alternatis vicibus moriatur quodammodo, & reuiuifcat. Alij Triptolemum & Iasionem Cereri amatos referunt. Alij Amphionem & Zethum fratres esse volunt. Nonnulli Apollinem & Herculem. Vnde Arabes Cancro propriorem *Abrachaleus* vocant, alterum *Auellar*, quorum hoc ex Apollon corruptum, alterum ex *Iracleus* monuit vir maximus nostri æui. Nigidius Samothracas Deos putauit, vt monet Anonymus ita emendandus: *Nigidius Deos Samothracas dixit, quorum argumentum nefas sit ememorare, propter eos qui mysteriis præstant.* Quem locum cum iam dudum ita in meis ad Hymnos Orphaicos Notis emendassem inueni ex parte idem Meur-

sio meo placuisse. Nigidio Hymni illi consecantur: *Dij enim Samothracæ sunt Curetes, Corybantæ, Cabiri.* De his ita loquitur Hymnorum auctor:

*Κυρήτες, κερύβαντες, ἀνάκτορος Ὀδυσσεύς τε,
Ἐν σαρπητρῆν ἀνακτες, ὁμᾶζω ἐς κόρυ ἀοβί.
Πικρὴ αἶμασι, ψυχροφθοί, ἀεθαίδης.
Οἶτε κ' ἕρπυιοὶ δίδυμοὶ κληῖσθε' ἐν ὀλύμπῳ.*

Hoc est:

*Curetes, Diuisi potes, magni Corybantæ,
Threiciæq; Sami Reges, Iouis inclita proles,
Æterni in celo status animabilis aura,
Quos etiam in magno Geminos vocitamus Olympo.*

Corybantæ erant tres, *Cyrbas*, *Pyrrhus*, *Idæus*, quæ nomina ex Nonno primus erui. *Cyrbas* à fratribus duobus fuit obruncatus: Hinc cum vocat *Orphaicorum* auctor:

Φοίνιον, αἰμαχθέντα κεραιχέτων ἑπὶ δισσῶν.

Ex eius sanguine natum apium, vt liquebit. In Hygini codicibus alter fratrum harpen habet, antiquissimum teli genus: alter clypeum cum sanguine, & apij floribus: quod nisi nos explicassemus, nemo (vt puto) fuisset, qui quid ea gestamina sibi velint vnquam coniecisset. Vt mihi credas *Clementem* audi: *εἰ δέ τις δ' ἐποπτεύσει καὶ τὰ κερύβαντα ὄραται, τ' αἰετὸν ἀδελφόν, ἀπικλήτωντες ἔβει, τὴν κεφαλῶν ἔντερφθον, νικίδι ἐπεκλυφάντων κ' κεραιχέτων τε ἰθυσάντων, φέρονται ἐπὶ χαλκῆς ἀπιδῶν ἑπὶ τὰς ὑπὸ αργείας ἔδλυμπε καὶ βῶν' ἐπὶ τὰ μυστήρια σπειρόντων φάται, φόνιοι, καὶ τάφοι οἱ ἢ ἑρπεῖς οἱ κώιδε, ἐς ἀνακταστῆρας, οἰς μέλον, κολῶσι, αεθασιπτεροδίων ἢ τῆ συμφορᾶ, ὀλοεζῶν ἀπᾶρροδοντες σείλινο ἐπὶ ἀπικλῆς πθίνων' οἶον ἢ δ' δὴ, ἐν ἔαμαχθεσ ἔδπρροθεσ ἔκερυβαντικῆς, τὸ σείλινο ἐπικρυμέναι,* Eadem fermè *Eusebius*, & his non dissimilia apud *Arnobium* libro quinto. In Manuscripti imagine alter Geminorum *Lyræ* & *plectrum* habet, alter *clauam* cum *hastâ*. Is qui *lyræ* habet *Apollo* est, aut *Amphion* quem in asterismo cum *Lyrâ* pingi etiam *Anonymus* comprobat. Alter itaque *Zethus*, aut *Hercules*: sed vtrum dicas manifestum est pictoris vitium: Nam nec *Zethus* *clauam* habet, nec *Hercules* *hastam*. Quanquam verò veteres omnes Geminos nudos finxerint, habent tamen in hac figurâ vterque *ocreas*: Alter *mantellum* (de quo vestimenti genere infra) alter *chlamyda*, qualem describit *Isidorus*: *Chlamys est, quæ ex vnâ parte induitur, neque consuitur, sed fibulâ infrenatur.* Nisi tibi *χλάμης* malis legere. Id quod in apice pilei est in formam crucis vulgaris torulum esse opinor: In Manuscripto enim nostro auream habet figuram, quam exprimeret non potuit sculptoris manus. Toruli verò aurei Deorum erant signa. *Plautus Amphit. Mercurio* loquente:

Tum vero patri autem torulus inerat aureus
Sub petaso: id signum Amphitruoni non erit.


Quem locum qui sollicitandum putauerunt
Varronem legisse non videntur, qui torulum,
capitis exponit ornamentum. Hæc de vestibus:
ad sidera veniamus in quorum enumeratione
placet Tauro propiorem Castorem appellare,
Cancro vicinior em Pollucem.

- 1 In capite Castoris.
 - 2 In capite Pollucis.
 - 3 In cubito sinistro Castoris.
 - 4 In brachio eiusdem.
 - 5 Insequens hanc in interscapilio.
 - 6 In humero dextro eiusdem.
 - 7 In humero sinistro Pollucis.
 - 8 In latere dextro Castoris.
 - 9 In latere sinistro Pollucis.
 - 10 In sinistro genu Castoris.
 - 11 Sub genu sinistro Pollucis.
 - 12 In inguinis parte læuâ Pollucis.
 - 13 In suffragine dextrâ eiusdem.
 - 14 Ante læuam pedem Castoris.
 - 15 Sequens hanc in ipso pede.
 - 16 In summo pede dextro eiusdem.
 - 17 In summo pede sinistro Pollucis.
 - 18 In summo pede dextro eiusdem.
- Sunt omninò 18.



EXTRA FORMAM.

- 1 Præcedens pedem læuam Castoris.
- 2 Remotior à genu læuo eiusdem.
- 3 Ante genu sinistrum Pollucis.
- 4 Media irium quæ lineam rectam consti-
tuunt post sinistram eiusdem.
- 5 Septentrionalis irium.
- 6 Australis earum, apud lacertum.
- 7 Sequens prædictas.

Sunt itaque septem, & vnâ cum reliquis. 25.
In Sphæris nona collocata est sub humero de-
xto Castoris: Vndecima, & duæ sequentes
alias longè partes occupant, quàm nos ex ta-
bulis Ptolemaicis describimus. Error inde est,
quod genua Pollucis sursum supra clunes Ca-
storis deberent effingi, cum is nunc demissis
genibus, erectisque pedibus figuretur. Hyginus
& Scholiastes multas stellas habent quas &
nos, sed variato situ, aded, vt pro dextro sæpè
læuum constituent. Stellas quoque nonnullas
extra formam positas formæ adiungunt. Stel-
la secunda, quàm plerique in capite Pollucis,
nonnulli inter vtrumque collocant, Raselgeuze
dicitur Arabibus. Τα δειπρον, hoc est subruffam,
vocat Ptolemæus. Tabularum auctores & hic
& alibi videntur legisse τα δειπρον. Transfe-
runt enim Careæ. Stella prima extrâ formam
Hygino, Proclo, Anonymo aliisque αστρον
appellatur. Id nomen occasionem dedit Ano-
nymo alio in loco corumpendo, vbi enim de

posteriore Geminorum sermo est, ita legitur.
Alter qui Propus appellatur, is iuxta Cancrum
est. Lege qui Pollux appellatur. Idem paulo
inferius admodum est turbatus glossematis, &
quidem ineptissimis: Itaque neciectis, vnaque
vocalâ immutatâ ita lege. Hi sunt inter XII
signa Zodiaci circuli: Sed in medio circulo tro-
pici qui Æstiuus appellatur siti sunt. Nam
quis non rideat, & Æquinoctialem cum Tro-
pico confundi, & Geminos in Hyemali Tro-
pico constitui. Quod si ex Græcarum vocum
(quibus fortè circulum hunc nominauit Ano-
nymus vt sunt, δ̄ τ̄ καρκίνος, δ̄ τ̄ κέρως, δ̄ βίος) 
malâ interpretatione corruptam patet lectio-
nem non difficulter à me assensum impetrabis.

CANCER.

Cancer, qui Græcè καρκίνος, tertium Zodia-
ci signum, Arato sub medio Helices ponitur, vt
Gemini sub capite, Leo sub cauda Arabibus
Alfartan  vocatur, Hebræis
quoque  appellatur.



Stellæ hæc sunt.


- 1 Nebulosa in pectore.
- 2 Septentrionalis duarum antecedentium
quadrilateri quod est circa nebulosam.
- 3 Meridionalis earum.
- 4 Septentrionalis lateris alterius.
- 5 Meridionalis eiusdem.
- 6 In Chelâ australi.
- 7 In Chelâ septentrionali.
- 8 In pede septentrionali posteriore.
- 9 In pede australi posteriore.

EXTRA FORMAM.

- 10 Apud flexuram Chelæ australis.
- 11 In extremâ Chelâ Australi.
- 12 Duarum quæ nebulosam sequuntur prior.
- 13 Earundem posterior.


Sunt itaque omninò 13.

In Sphæris vna ponitur, quæ non numera-
tur in Almagesto. Ea à quinta paulum australi-
us declinans collocatur. Stella prima Arabi-
bus Melleph cum Telsdid.  vel 
Thema est.

 inuoluere. ασπείθειν, vocatur, quod
Barbari implicitatem interpretan-
tur. In Ptolemæo legitur: τ̄ εὐ-
τη̄ εὐθεία νεφελεειδὲς ασπείθει καλεμένη φά-
τις τὸ μέσον. In Græcorum tabulis φάτις vo-
catur, de quâ Aratus in Dioscoridis:

Σκέπτεο τὴ φάτιν ἢ μὲν τ' ὀδὴν εἰκῆα
Ἀχλὺν βάραιη τὴν ὀκαρκίνου ἢ γηλῶσιν.

Et inferius:


is φάτιν δ̄ ἔστιν, πῶς καρκίνος ἀμφιπέδιος.

Latini

Latini Præsepe, vel Præsepium vertunt. Sed ex Ptolemæo liquet non unam tantum stellam Præsepe vocatam, sed plures. illi assentiuntur ista Procli: οἱ ἦ ἐν τῷ κερκίῳ νεφελοφδοῦστροφῆϊσι κόπευ καλῶν φάτιν. Eisdem Nubili nomine indiget Anonymus. Quartam, & quintam Græci ὄνας vocant. Aratus:

Αυφί δέ μιν δύο λατῆα φαινόμενοι φορέου
 Αφίσι, ἕτε πὸ πικρῶν ἀπὸ κρητῶν, ἕτε μάλ' ἐξ ἑσῶν.
 Αμ' ὄσον τε μάλιστ' ἀπὸ γέστον οἰνοκαλῶν.
 Εἰς μὲν πῶρ Βαρέας, ἴτω δ' ἐπίεργ' ἀλλ' ὄ
 Καὶ ἑἰ μὲν καλῶν ὄνοι. —

Proclus: οἱ ἦ πηλοῖον ἀντὶς (φάτιν) δύο ἀφίσι κειμένοι, ὄνοι πρὸς ἀπὸ κρητῶν. Fabulam vide apud Hyginum, & Scholiasten Anonymum, & Avienum. Manilius Jugulas vocat, cum tamen Jugula Festo, & Anonymo sit Orion. Latini Asinos, & Asellos vocant. Sunt autem Asini, Præsepe, cum secundâ, & tertîa in testâ Cancrî, quæ tegmen Avieno. Sexta & septima in chelis sunt singulis. Labia vocant tabulæ Alphoninæ, alij anteriores ungulas, Barbari griuonescos: possis Flagella cum Ouidio, Acetabula & cirros cum Plinio vocare. Tres in iis partes ipsa brachia, forcipes, seu forcices, & dentes, quæ vulgo malè confundunt. Scholiastes Anonymus stellas eas in cornibus collocat. Et sanè non negandum est Cancrî esse cornua, cum Plinius dicat illorum incurvum Cancrî arietum instar dimicare. Sed aliud sunt cornua, aliud brachia, quæ ille etiam in Scorpio confudit. Arabibus brachia Acubene vocantur. Sed legendum Azubene; Nam Zuben ut ex Scorpij asterismo patuit est chela. Pedes teste Plinio habent Cancrî præter Chelas octonos incuruos: Vnde ἑξάπυδης Graiis, & Octipedes Latinis appellati. Non malè itaque stellam octavam in penultimo pede ἦ βορέων, & nonam in ultimo ἦ ἑσπεράων ἠὲ ἑσπεράων collocat. Hyginus in stellis enumerandis iusto liberalior, nam xviii computat, ut & Anonymus qui xviii: Ita enim legendum non xv i docent præcedentia. Avienus stellam secundam Chelæ Septentrionali annumerat, decimam cum sequenti australi. Annumeratis itaque iis quæ in Chelis sunt, unâ cum Præsepio & Asinis octo enumerat, quas maximè putavit notandas. Versus eius, prout à nobis sunt distincti, hi sunt:

— quâ dno concava dorso
 Tegmina curvantur, geminus micat ardor in
 auris:

Hos dixere Asinos ortos Thesprotide terra,
 Et sidus Lenæ tuum: disternit aër
 Crassior hos, itidem qualis Præsepibus esse
 Forma solis: distans chelarū flamma coruscat:
 Namq. tribus stellis adolectur dextera Cancro
 Lana dno pigro succendit fomile flammæ.

Leo hic in Zodiaci ordine quintus eodem apud Græcos, Latinosque nomine nuncupatur: Arabibus Alezet, vel Alafid potius nuncupatur: in fabulis Cleonæi & Nemeæi epithetis ornatur. Sed hæc paulò clarius explicanda.

Leonem hunc à Lunâ nutritum volunt, quia Veterum ea erat opimo, ut omnia monstra à Lunâ immitti putarent, aut quia eadem cum Dianâ silvarum præside. Locus illi ascribitur in Arcadiâ, hisce nominibus Clitorium, Cleone, Bembina, Nemea, Amphrysos, quæ omnia præter penultimum apud Plinium in Arcadiæ descriptione inuenias, suntque parum eadem, partim vicina. Locus Plinij ita se habet: Clitorium, Cleone, inter quæ duo eppida regio Nemea Bembinadia vocitata. Hyginus in opere Mythologico Fab. xxx ait. Leonè Nemeæi quem Luna nutruerat, in antro Amphryso ac * tropum necavit. Locus hic merito omnibus suspectus: conicio legendum, in antro Amphryso ad Clitorium necavit. Scholiastes Anonymus: Nigidius refert hunc Leonem nutritum apud Lunam (malim ab Lunâ) in terrâ Arcadiâ in regione Nemea in speluncâ * Nibdimon nomine fuerit, quam quidam Aphryso dicunt. Legendum puto: cui Bembinon nomen fuerit, quam quidam Amphryson dicunt. Amphryson legendum euincit Hyginus, & notum est tres pluresque locos diuersis regionibus eo nomine insignitos. Sed hoc leue. Alterum grauius erratum, sed literarum ductus, & transpositiones animaduertenti liquebit verè emendatum. Plinius Bembinadiam dixit, Stephanus Bembinam, Hellanicus Bembinon quod proximè accedit. locus est talis in Milite Plauti:

Vbi Bombomachides Cluminflari-dysarchides
 Erat Imperator summus, Neptuni nepos.

Eum plerique hodie putant integrum: nec ego negem similibus nominum compositionibus usum Plautum: sed ita usum affirmo ut origo vocum pateret, ut in Thesauronicochrysidis, aliisque. Hic ut demus prius verbum aliquid significare, posterius quomodo interpretabimur: Quare ego, Imperatorem eum, monstro alicui comparari autumor, præsertim cum Neptuni sobolem fabularum auctores semper faciunt monstroriam, quod & antiqui obseruauerunt. Puto itaque legendum:

Vbi Bembinaria Cleonæi instar Isarchides
 Erat Imperator summus, Neptuni nepos.

Hæc de nomine. Sequitur stellarum numerus.

1	In pilulâ nasi.	4
2	In rictu oris.	4
3	Australior in capite.	3
4	Septentrionalior ibidem.	3

5 Septen-

- 5 Septentrionalior trium in jubâ cervicis.
- 6 Media earundem.
- 7 Meridionalior trium earum.
- 8 In corde.
- 9 Paulum Australior præcedenti, & hæc locatur in pectore.
- 10 Antecedens paulû eam quæ in corde est.
- 11 In genu dextro.
- 12 *Εν τῇ δεξιᾷ* dextra præcedente.
- 13 *Εν τῇ δεξιᾷ* sinistra præcedenti.
- 14 In genu sinistro.
- 15 In sinistra axillâ.
- 16 Antecedens trium quæ sunt in ventre.
- 17 Septentrionalis duarum sequentium.
- 18 Australis earundem.
- 19 Antecedens in lumbis.
- 20 Sequens in lumbis.
- 21 Septentrionalis duarum quæ sunt in vertebris femorum.
- 22 Australis earundem.
- 23 In posteriore parte femorum.
- 24 In suffraginibus posterioribus.
- 25 Australior hæc in lacerto.
- 26 *Ἐπὶ τῷ δεξιῷ* posteriorum.
- 27 In caudâ extremâ.

Sunt itaque omnino 27. &

EXTRA FORMAM.

- 1 Prior duarum super dorsum.
- 2 Posterior earum.
- 3 Septentrionalis trium quæ sunt sub alio.
- 4 Media earum.
- 5 Australis earum.
- 6 Septentrionalis τὸ στροφεῖν περιλαβὼν quæ est inter extrema Leonis & Helices. Neb. occ.
- 7 Prior in parte australi. occ.
- 8 Posterior ibidem. occ.

Sunt hæc octo, & cum superioribus 35.

Pilulam vocavi id quod in tabulis extremi-
tas naris vocatur, & *Capellæ naris imum*. In
 Isidoro *pirula* legitur, & additum est *Glossē-*
ma à formulâ pomi piri. Eo itaque eiecto lege
pilula. Nam & Græcis ut *Pollux*, & *Rufus*
Ephesius ostendunt τὰ ἀκροῦντα vel, ut *Ptole-*
mæus loquitur, ἀκροὶ κατὰρ appellatur *Cap-*
ellæ. Hoc quoque monendum in *Sphæris* præ-
 terquam quod situs aliquantulum sit immuta-
 tus, nonam stellam quæ in pectore est omitti.
 Quæ eam præcedit, καὶ δία λέοντος vocatur,
 & Arabibus ad verbum *Calbelezid*. *Proclo* &
Ptolemæo βασιλιόμα, sed legendum βασιλι-
 ομα. Ratio nominis apud *Theonem*, ἢ αὐτὸν
 οἱ καλεῖσθαι τοὺς ὄντας ἐπὶ τῷ κρανίῳ. Aliam
 assignat *Proclus*, ἢ δακτύλιον ἐπὶ τῷ στήθει
 ἡρώδου, βασιλικὸν ἐπὶ τῷ ἡρώδου. *Plinius*: VII
Calendas stella, Regia appellata *Tuberoni*, in pe-
 ctore Leonis occidit matutino Regia stella, βασι-
 λικὸν ὄνομα. Emendandus *Anonymus*, & sup-

plendus in Leone: Illa autem magna, & clara,
 quæ in pectore eius est, appellatur *Tuberonæ*. Le-
 ge: appellatur Regia *Tuberoni*. *Agrippæ* sunt
 2 complicationes digitorum pugilli. Hinc δὲ
 1 γρησὶ dicitur quantum manu potest compre-
 4 hendi. Stella ea quæ in caudâ est extremo *De-*
 5 nebazid vocatur Arabice, ἢ Ἐλιοντος ἑσπ. Sed
 3 quia caudæ Leonum longæ sunt, & hæc stella
 6 in extremâ caudâ ponatur, videtur distantia-
 4 rum analogia servari non posse, nisi Leo cau-
 4 dâ inter crurâ demissâ pingatur: Et hoc conue-
 4 niens est, cum præsertim currens figuretur:
 6 Leones verò caudâ ita demissâ fugere, testis
 6 *Aristoteles* libro de Animalium Historiâ nono.
 6 Stellas tres postremas extrâ formam constitutas
 5 primus *Conon* *Ptolemæo* adulatus coram
 2 *Berenices* appellavit, quem secutus est *Calli-*
 5 *machus*, & eius hæc de re carmen longè elegan-
 3 tissimum interpretatus est *Catullus*: Πλόμα καὶ
 3 Græci vocant, cæsariem Latini, vel erinem,
 3 nonnunquam & tricam; *Tricas* enim Roma-
 4 ni dixerunt, quas Græci τριχας. *Nonius*: *Trica*,
 4 sunt impedimenta, & implicationes dictæ quasi
 5 τριχας quod pullos gallinaceos involvant, & im-
 1 pediant capilli pedibus implicati. Ratio subse-
 5 quens ita legi postulat, non quasi *terica* ut vul-
 5 go legitur. *Ptolemæus* dicit similem esse co-
 5 mam *φύμα* καὶ *πικρινῆ*, folio hederaceo. Id non
 5 intellexerunt *Tabularum* auctores, qui *fusum*
 5 *rosa* vertunt, *Hygino* VII stella nuncupantur,
 5 sed quia illum eadem de quibus hic sermo in-
 5 telligere, vel ex eo liqueat, quod formam iis
 5 triquetram assignet, vnius notæ mutatione le-
 5 gendum est IIII stella: *Anonymus* quoque ad
 5 eius instar corruptus, ad eiusdem exemplum
 5 emendandus. Collocata autem est hæc *Coma*
 5 inter *Helicen*, *Arctophylacem*, *Leonem*, &
 5 hisce quatuor propè est circumseptæ. *Catullus*
 5 in carmine *Callimachio*:

Virginis, & saui contingens nanque Leonis
Lumina, Callistoi iuncta Lycaonia
Vertor in occasum tardum dux ante Booten,
Qui vix serò alto mergitur Oceano.

Eiusdem carminis, in quo ἡ ἀστρονομία
Coma loquens introduciitur versus ultimus va-
 riè in libris concipitur. *Mihi* hæc lectio verat:
Proximus Erigone fulgeret Orion.
 Sensus est: Cur in sideribus amplius remoror?
 Quin potius iterum sum *Reginæ* *coma*? Per
 me sanè licet, si hoc impetrem, ut *Arctophylax*
Virgini sit proximus. *Coma* enim quodam-
 modo seiungit *Booten* à *Virgine*. *Booten* verò
Oriona appellatum testatur locus ille *Hesychij*:
 ὁ εἰς τὸν ὄνομα καὶ ἀστὴρα, ὅτι καὶ ἐνομαζέσθαι Βο-
 ὄτην. Illo quoque *Homeri* loco:

Ἀρκτοῖ δ' ἢ καὶ ἑρμῆα ἐπιπλοῦσι καλέουσι,
Ἡ δὲ κατὰ τῆς, καὶ τὴν ἀστέρα δακτύλιον.

Videtur *Booten* intelligere, quod clarius adhuc

erit si Manillum audiamus Homerum expli-
cantem :

*Iam tum, cum Graia verterunt Pergama
gentes*

Arctos, & Orion aduersis frontibus ibant.

Aduersis eunt frontibus Bootes & Helice, vt
notum: Vrsa & Orion sunt quidem aduersis
frontibus: sed nimium distant. Hoc vltimo
sciendum Hyginum & Anonymum inter se
conuenire, non etiam nobiscum: Nouendecim
vterque numerat. In Manuscripti imagine stel-
lae multae satis feliciter expressae, vt ex diligenti
collatione apparebit.

AURIGA.

Auriga, Aurigator, Agitator Latinis, Graecis
ἄρως appellatur, quod ad verbum idem sonat,
quod Arabicum
Retinens habe-
nas. Idem est **سلك العنان**
Myrtilus, & Erichthonius, & Arabum nonnul-
lis, vt Scaliger ostendit, *Roha*. Solet is pingi
cum habenis, quod indicare videntur ista Ger-
manici:

Sic nulli currus, sic ruptis maestas habenis

Persida Pelopis raptam gemit Hippodamiam.

Aurigae in imagine Manuscripti Virginis vestes
attributae, tunica, Diadema, & Strophium.
Habet praeterea stolam, siue ricinium. Isidorus
Mauortem dicit: sed legendum *Maforte*. Glos-
sae: *Maforte operimentum capitis mulierum*.
Nonius, *Mafurtium* vocat. Huius stolae ea
fuisse ratio ex Isidoro & imagine videtur, vt
per caput in humeros demissa in alterum latus
reiuiceretur, & nonnunquam attraheretur ad
operiendum caput. Flagellum tantum, Capra,
& haedi Aurigam esse demonstrant. Haec igitur
perperam confusa. Aurigam nudum pingi
debere mea fert sententia. Haec sunt eius stellae.

- 1 Australior in capite. 4
- 2 Septentrionalior in capitis vertice. 4
- 3 In sinistro humero. 1
- 4 In dextro humero. 2
- 5 In dextro cubito. 4
- 6 In *καρπῶ* dextro. 4
- 7 In sinistro cubito. 4
- 8 Sequens in *καρπῶ* sinistro. 4
- 9 Antecedens ibidem. 4
- 10 *Ἐν τῷ ἄρῳ* pedis sinistri. 5
- 11 *Ἐν τῷ ἄρῳ* pedis dextri. 3
- 12 Septentrionalior praecedenti *ἔν τῳ ἄρῳ*
πυλῶ. 5
- 13 Adhuc Septentrionalior, in femoris ver-
tebrâ. 5
- 14 In sinistro pede parua. 6

Sunt omnino 14.

Tertia Arato est *ἄρῳ ἀρεια*, Amalthea, &
Iouis nutrix Poëtae. Arabibus *Alhator*, vel po-

tius *Alhatod* vt Scaliger docuit,
quod hircum **العند** significat, quo no-
mine Latini quoque posteriores
hoc sidus indigerant. Id in Sphaeris, non in
humero, sed in brachio ponitur, cōtra veterum
omniū sententiam, Sextam & octauam *ἔν καρ-
πῶ* collocari. Pars ea est manus, aut brachij,
quâ vtrunq. iungitur. Vulgus Brachiale vocat
Brachiale autē, vt liquet ex Plinio lib. xviii. est
ἔν ἀρκαδίῳ, non *ἔν καρπῶ*; Hoc Latini *ar-
millam, viriolam, & circulum* appellare sole-
bant. Galli, & Belgae etiamnum *Brachiale* *ἔν δὲ*
ἰσθηρῶ appellant. Octauam, & nonam
capellas, & *ἔν ἔλῳ* hoc est, *hados*

معزین vocant. Has collocat Aratus *καρ-
πῶν ἔν ἔλῳ*: Et Proclus *ἔν ἔλῳ*
ἔλῳ, Auienus in *Fine manus* quae omnia idem
significant. Nam anatomici *καρπῶν* vocant
commisuram manus: quanquam Homerus,
aliique Poëtae volam manus, quae Hir vocatur,
ita appellent, quae alio nomine *δὲ ἔλῳ* & *δὲ ἔλῳ*
nuncupatur. Alij in brachio collocarunt, &
inde Arabes aut vtranque aut alteram clario-
rem *Sadateni* appellant, hoc est *βροχίον*,
ἰσθηρῶν, vt vir magnus demonstrauit. Eas
quae praecedunt antepenultimam *ἔν τῳ σφυρῶ*,
hoc est malleolo pedis collocaui: Tabulae vo-
cant, cauillam. Id vulgò malè cum talo con-
fundi solet; *Πεπτοδῶν* vestem significare vide-
tur: Sed auriga nudus pingitur: quare vide an
non sit *ἔν πῶδῳ*. Nam in Geminis quoque
talem *ἔν πῶδῳ* Ptolemæus appellat. Septem
stellas refert Hyginus. Primam tertiam, quar-
tam, quintam, septimam, & duas sequentes.
Anonymus in brachio toto sinistro quatuor
extra Capram collocat, quod fieri non potest.
Itaque puto legendum transpositis vocibus:
In dextrâ manu duas: in sinistra unam, &c.
Habebis itaque x stellas: hoc est praeter vii,
quas & Hyginus habet, sextâ, & duas vltimas.

TAVRVS.

Sequitur Taurus in Zodiaci ordine secun-
dus, aut, si à Cancro cum Arato incipias vlti-
mus. Nomen huius Graecis & Latinis idem:
Quin & Arabibus: illi enim
hoc est, Ataur, siue Altor di-
cunt. Hinc fit, quod in Lexi-
التور

co Medico inuenias *Haratany Stercus bouis*:
Germanicus etiam Bouë nun-
cupat, & fabulae Io, siue Isi-
dem: aut Europæ portitorem.
حر التور
Hic in caelo dimidiatus pingitur, & Pegasus, &
Argo. Scholiastes id fieri fabulatur ob fæminci
sexus pudorem, vt & de equo, quia nonnulli
Chironis filiam esse volunt, alibi tradidit, qui
loci se mutuo explicant. De Tauro quod atti-
net, simile est illud Manilij:

— nam

nam mascula sex sunt:
Diversi totidem generis sub principe Tauro
Alternant genus, & vicibus variantur in
orbem.
Cernis ut auersus redeundo surgat in arcum:
 Et alibi:
At quos prima creant nascentis sidera Tauri,
Faminei iaceant: nec longè causa petenda est,
Si modo per causas Naturam quarere fas est.
Auersus venit in calum.

Locus ille ubi Taurus quodammodo abscinditur $\xi\omega\eta$ appellatur, Ptolemæo $\delta\alpha\tau\epsilon\mu\eta$. Germanici Scholiastes excisionem transtulit, hodierni abscisionem, & sectionem appellant. Hunc auersum ortui, & occidere notat Hyginus, & sæpè inculcat Manilius. Deinde situs eius talis est, ut genua curuata appareant; hinc non ineleganter Aratus cum $\pi\alpha\tau\eta\omega\epsilon$ nuncupat, quod alij tamen aliter exponunt. Cornua eius sunt longa, & incurua, & ut verò veterique utar vocabulo, camura. Avicenus: *Sic camuris ardet protraxibus:* Quo vocabulo eadem in re satis eleganter vsus Virgilius:

— & camuris hirta sub cornibus auris,
 quem locum explicant Festus, & Marcellus. Sed quia semel de eius situ, partiumque inter se relatione loqui cœpimus, etiam hoc addamus. In Sphæris aures ita pinguntur, ut quatuor illas quæ in nostrâ enumeratione vigesimam quintam sequentur, comprehendant. Eas Ptolemæus in collo collocat. Vigesimam secundam, & sequentem hic in aure, Sphæræ contra in dorso collo statuunt. In tabulis illâ in parte erratum est, ubi duæ sequentes, eas de quibus proxime diximus, in genu collocantur, cum sint in collo. Sed hæc clarius ex ipsâ enumeratione videbis.

- 1 Septentrionalis quatuor, quæ sunt in excisione. 4
- 2 Sequens hanc. 4
- 3 Sequens etiam hanc. 4
- 4 Australissima earundem. 4
- 5 Sequens has $\epsilon\upsilon\ \tau\eta\ \acute{\alpha}\mu\epsilon\omega\lambda\acute{\alpha}\tau\eta$ dextrâ. 5
- 6 In pectore. 3
- 7 In genu dextro. 4
- 8 In dextro $\zeta\omega\epsilon\alpha$. 4
- 9 In genu sinistro. 4
- 10 In sinistro cubito. 4
- 11 Earum quæ in vultu illa quæ in naribus. 3
- 12 Inter hanc, & oculum Septentrionalem. 3
- 13 Inter hanc & oculum australem. 3
- 14 In oculo australi. 1
- 15 In oculo Septentrionali. 3
- 16 In initio cornu australis, siue in aure Australi. 4
- 17 Duarum in eodem cornu Australior. 4
- 18 Septentrionalior earundem. 5
- 19 In extremo cornu australi. 3

- 20 In initio cornu Septentrionalis. 4
 - 21 In extremo cornu Septentrionali, communis cum dextro pede Aurigæ. 4
 - 22 Septentrionalior duarum in aure Septentrionali. 5
 - 23 Australior earundem. 5
 - 24 Prior duarum quæ in collo. 5
 - 25 Posterior earum. 6
 - 26 Australis prioris lateris quadrilateri, quod in ceruice est. 5
 - 27 Septentrionalis eiusdem lateris. 5
 - 28 Sequentis lateris Australis. 5
 - 29 Sequentis lateris Borea. 5
 - 30 Extremitas Septentrionalis prioris lateris Virgiliarum. 5
 - 31 Eiusdem lateris terminus Australis. 5
 - 32 Sequens terminus angustissimus. 5
 - 33 Egrediens Pleias in septentrionem. 5
- Sunt omninò 33.

INFORMES.

- 1 Sub pede dextro, siue sub scapulâ. 4
 - 3 Præcedens trium super cornu australe. 5
 - 3 Media trium. 5
 - 4 Vltima earum. 5
 - 5 Septentrionalior duarum sub acumine cornu eiusdem. 5
 - 6 Australior earundem. 5
 - 7 Prima quinque quæ sunt sub cornu septentrionali. 5
 - 8 Secunda earum. 5
 - 9 Tertia earum. 5
 - 10 Duarum reliquarum septentrionalior. 5
 - 11 Vltima, & duarum australior. 5
- Sunt itaque vndecim, & cum reliquis 44.

Vndecima cum quatuor sequentibus Hyadum nomen apud Græcos accepit $\delta\omega\delta\ \xi\ \upsilon\epsilon\alpha\upsilon$, vnde & pluviarum $\epsilon\pi\iota\theta\eta\zeta\epsilon\upsilon$ à Poëtis tribuitur. Latini formâ quadam $\iota\pi\omega\sigma\epsilon\lambda\epsilon\iota\sigma\eta$ dictas $\delta\omega\delta\ \xi\ \upsilon\epsilon\alpha\upsilon$, hoc est, à subibus, arbitantes, ex errore SVCLIAS nominarunt, quod obseruauit Cicero, Plinius, Gellius. Emendandum Fragmentum illud quod Anonymo assuitur, ex Plinio mutuatam, parum tamen mutuatam. In eo legitur. *membrorum augmento Hyadas appellantis Græcis, quod nostri à similitudine cognominis vocabulum eis stellis propter succos impositum arbitrantur: imperitii appellauerunt Succidas.* Legendum: *nimborum augmento H. a. G. q. nostri similitudine c. v. e. f. propter succos impositum arbitantes, imperitiâ, appellauerunt Succulas.* De harum numero (ut & de nomine) varia sententia: Obtinuit tamen eorum auctoritas, qui quinque statuerunt. Earum nomina in his habes Hesiodi versibus:

— υμφοι ζαεπιουσι εμειν,
Φαιδολη, ε ε κρωις, ευσεφανοστε αλταια,
Φαιδ' ιμεγιοσ η, κη δωδ αση τωυαπειθ.
 § 3 De his

De his ita Aratus :

Καὶ λίβη κείων ὄνομα ἔχει, ἔδ' ἔτι αὐτὸς Νίκησιν ὀνόματι τῆς μὲν ἐπὶ πρυτὶ μετώπῳ Ταύρου βιβλίῳ.

Harum prima est in naribus, cuius indicium facit Germanicus. In Ptolemæi Latinis codicibus perperam legitur in auribus. Quarta, quæ omnium est decimaquarta, in oculo est australi. Pallicium sidus Romani, teste Plinio, Arabes Aldebaran vocant, quæ tamen nomina Hyadibus omnibus tribuunt nonnulli. Eadem λαμπυδίας, δεκάβοιρρ Græcis. Aben Ezra חמ"ד interpretatur oculum bouis sinistrum. Alij, vt Scaliger obseruauit חמ"ד appellari contendunt. Hæc tamen duo diuersa esse liquet ex Iobo cap. xxxix versu 31, & cap. ix versu 9, item ex Amoso cap. v. versu 8. vbi hæc duo distinguuntur. Hieronymus חמ"ד Hyadas transfert. Ego patem non in eptē dici posse, si concedamus Hebræos similes nobiscum figuras habuisse, חמ"ד esse baltheum Orionis: nam חמ"ד Hebræis idē, quod Mizar Arabibus: ideoque additur in Iobo חמ"ד, quod vulgo plerique חמ"ד lora interpretantur. Pro hac sententiā est, quod multi חמ"ד Orionem transferant. De stellā vigesima primā ita Aratus :

— καὶ ἡ πρῶτη ἐπὶ κεφαλῆς αὐτοῦ,

Καὶ πρῶτη ἐπὶ κεφαλῆς αὐτοῦ παρακείμενη ἐνὶ ῥοίῳ Εἰς ἀσὴρ ἐπίχθ.

Hoc est, Auiceno transferente:

Vna pedem Aurigæ dextrā, cornuq; seniferum Stella tenet pecoris.

Quatuor stellæ earum quæ in formā sunt ultimæ, Pleiades Græcis dicuntur, vel à Pleione Nymphā, vel quod plures sint coniunctæ. Has fabulæ septem narrant. Aratus sex tantum videri affirmat. Ptolemæus, vt vides, quatuor adfert præcipuas. Eadem Atlantiades vocantur, iam ab Hesiodi temporibus. Latini à Vere Vergilias vocant. Arabes Atauria dicunt, vel Ashorait, tanquam Taurinas voces. Hæc apud Aratum eiusque interpretes non vnā cum Tauro sed aliquanto post tractantur, cuius ratio est, quod eas veteres (vt alibi ostendimus) extrā Taurum figurarint, quod minimo labore fieri potest, si dorsum aliquantulum demittatur. In Manuscripti imagine notabis diuersum capillorum ornatum, & in aures solenne mulierum gestamen, quas Græci ἰσόπια, ἑνάλια, & ἰλιζήεις appellant. Ad hæc respicit Alexandrinus, cum ait : καλῆναι ἢ βιαζομένης τὸ φέρον ὁ λόγος τὴν λόφον ἢ ὀπίωον πτεράτω. Et notandum est, quod & Isidorus monuit pueros tantum in dextrā aure hæc ornamenta gestare solitos, puellas in vtraque. Mediā Pleiadum calanticam habere videtur lugubrem. Ea Electra est, Hygino & Auiceno testibus Troianorum

lucens calamitatem. Hoc quoque ex Hygino notandum ab antiquis Astrologis Pleiadas Tauri caudam vocatas. Anonymus xviii enumerat stellas sine Vergiliis: Hyginus xxiii: Ita enim omnes codices vetustiores, vnde minor editionis nouissimæ auctores xviii substituisse, nisi illi hæc in re Scholiasten Anonymum sequi maluerint, quàm ipsum Hyginum: debuerant saltem summam cum enumeratione conferre. Hyadas vterque ex parte in cornibus collocat, cum Aratus ἐπὶ τῆς μετώπῳ, hoc est, in vultu tantum constituat: quod Germanicus nimis arctè Frontem transtulit. Scholiastes Germanici errore magno est oblitus, vbi legitur: in pallā vnā, legēdum puto in scapulā vnā. Indicat videlicet eam, quæ nobis est quinta, vt Ptolemæi verba demonstrant.

C E P H E U S.

Cepheus idem nomen habet apud Græcos, Latinos, Arabas: Sed apud postremos ob literarum affinitatem valdè corruptum, vnde fit vt modo Phicares, modo Cleichius, modo Cancaus appelletur, cum verum sit (vt ante nos docuit magnus Scaliger, cuius libenter memini)

.. κεφαλαίος. Arabum Interpretes, Φιγίος Flamigerum vocant. Scilicet cum illis Phicares vocaretur, vt ostendimus, putauerunt id ipsum, parua literarum Metathesi esse Græcum κεφαλαίος, quod apud Æschylum Flamigerum designat. Idem κεφαλαίος Isides appellatur. Habet Cepheus in Manuscripti imagine togam sed manicatam, cuius meminit Plautus. Et ricinium virile (nam femininum, de quo supra egimus, ab hoc aliquantum differt) retrō iactum & Zonam. In capite habet tiam: ita enim vocat Ptolemæus. Tiaræ teste Isidoro duplices rectæ, & incuruæ, quarum hæc Sarrapis, illæ Persarum Regi vsitata. Hæc incurua esse videtur, nam rectam hemisphærio omninò assimilat Hieronymus ad Fabiolam ita scribens: Quartum est genus vestimenti rotundum pileolum quasi sphaera mediā sit diuisa, & pars altera ponatur in capite, hoc Græci, & nostri Tiam nomennulli galerum vocant. Non habet acumen in summo, &c. Stellas habet has.

1 In pede dextro. 4
2 In pede sinistro, 4
3 Sub cingulo ad dextrum latus. 4
4 Apud humerum dextrum. 3
5 Apud cubitum dextrum. 4
6 Sub cubito dextro, sequens præcedentem. 4
7 In pectore. 5
8 In brachio sinistro. 4
9 Australis trium in Tiarā. 5
10 Media earum. 4
11 Septentrionalis earundem, 5

EXTRA FORMAM.

- 12 Præcedens Tiarā.
- 13 Sequens eam.

Sunt simul omnino 13.

Quarta Arabicè Alderaim in dicitur, hoc est bra-

چمين

chium dexterum.

الدراع

Hebraicum est **הדרוע הדימן** Sed Zaiin in Dhal mutatur, vt **דנב** Cauda. Septimam Ptolemæus, **ذنب** quem sequimur in pectore collo- car, quod si verum est, non omnino verum est quod quidam volunt, in Sphæris dorsa semper pingeda: quâ de re quid Hipparchus, quid Theon tenses- rint alibi notatum. Stellas illas quas in pede posuimus, interualli ratio in genibus magis poscit collocari. In tertiâ stellæ Periphrafi Tabulæ sunt corruptæ: Legitur enim: *qua est sub angulo pro sub cingulo.* Hyginus, Anonymus, & Manuscripti imago inter se magis quàm cum Ptolemæo consentiunt, illum liberalitate, non veritate superantes. Sequitur eius vxor.

CASSIPEA.

Nomen hoc in correctioribus codicibus Græcis & Latinis per secundam vocalem concipitur, non per quartam, vt sit *Cassiopea*. Arabum interpretatores vocant: *Mulierem habentem palmam delibutam.* Et sanè in Hygini imaginibus manus altera Cassiopeæ vnguentis stillare fingitur: altera religata est: quorum vtrun- que nugatorium. Scaliger etiam in Mappis

ذات الكرسي

hoc est, mulierè seliquastrum dicitur.

Seliquastrum, vel siliquastrum vocat Hyginus, quod Græci **ἡρόν**, siue **καθέδρα**, Arator **ἡρόν**. Vocabulum hoc Latinum in primâ syllabâ Varroni, & Festo per vocalium secundam scribitur. Hygino duobus in locis, & Arnobio libro secundo per tertiam. Est autem meo iudicio, seliquastrum, id quod **ἀμφιπέδα** & **καθέδρα** Synesio, & cathedra mollis Iuuenali, sedis genus regibus vsitatum, ad commoditatem na effectum, vt etiam dorsam habeat, cui inclinet, *Quo ἀνανδίστρα*. Omnes tamen eas sedes **ἀμφιπέδα** fuisse non affirmem: erant enim quædam figurâ femirotundâ. Eas Hemicyclos appellat Cicero in Lælio, quod vocabulum græcum est. Latinum est, *arquata sella*, quo vititur loco prædicto Arnobius. In Glossario est *Sella arquata*, **ἡρόν**. Hanc **ἀμφιπέδα** esse ex eo liquet, quod stella vltima earum quæ in forma sunt collocetur in extremitate sedis, hoc est, **ὀτὴ κεφαλῆ τῆς καθέδρας**, vt Synesium imitemur. Habere au-

tem debet sedes **καθέδρα**, siue suppedaneum. Id enim Persarum inuento, (vt Clemens Alexandrinus testatur) sedibus solebat affabricari. Hinc eleganter Mathæi quinto Christus subnectit **ἡρόν καθέδρα**: Ait enim **μὴν ἐν τῷ ἔρειπῳ ὅτι ἡρόν ἐστὶ τῆς, μήτε ἐν τῇ γῆ, ὅτι καθέδρα ἐστὶ τῆς καθέδρας**. In Psalmo 109, qui aliàs est 110, Lactanius De Verâ Sapientiâ libro 14 cap. xii, id quod Hebraicè est **הדרוע**, & Græcis interpretibus **καθέδρα**, tran- tulit *suppedaneum*. Isidorus: *Scabellum autem, & suppedaneum dicitur: nam quod Græci καθέδρα dixerunt, Latini scabellum, & alij dixerunt suppedaneum, quod sub pedibus sit.* Alij Latinorum scabellum vocant. Ouidius ita **εὐφραδία**:

Et caua sub tenerum scamma dedisse pedem. Græcis alio modo **ἡρόν**, & **ἡρόν** appellatur, & **καθέδρα** Suidæ. Habet in Manuscripti imagine Cassiopea Tiarā regalem, qualem describit Hieronymus, ad instar Hemisphærij. Deinde **καθέδρα** quoddam, simile Strophio de quo in Virgine diximus. Cætera sunt nota. Nunc stellas audi.

- 1 In capite. 4
- 2 In pectore. 3
- 3 Septentrionalior illâ, in cingulo. 4
- 4 In femoribus super folium. 3
- 5 In genibus. 3
- 6 In ipso crure. 4
- 7 In pedis extremo. 4
- 8 In brachio sinistro. 4
- 9 In cubito sinistro. 5
- 10 In brachio dextro. 6
- 11 Super sedis pedem. 3
- 12 In medio sedis vbi recumbitur. 4
- 13 In extremitate, siue capite sedis. 6

Sunt itaque omnino 13.

Secundam Arabes *Scheder* vocant, hoc est, pectus. Hyginus, & Anonymus xiiii enumerant, sed diuerso à nobis situ. In Manuscripto plures reperias. Vt nobilissimus Tycho Brahe in libro **ἀντιόστη** de Stellarum inerrantium restitutione multas huic sideri, tum formatas, tum informes Stellas adiecit. obseruationibus non inuites. Sed nostri propositi hoc tantum est, Stellas Ptolemæo & Hipparcho eorumque assæclis Arabibus obseruatas ad veras designationes & aptissimas referre. In quo vt progrediamur, sequatur Arateo ex ordine.

ANDROMEDA.

Ita vocatur Græcis & Latinis: eoque nomine Euripides fabulam scripsit. Arabum interpretes Mulierem catenatam vocant, & Mappæ Scaligeri eodem significatu

المسلسلة

مرات

Abraham

Abraham Iudæus magister in stellarum enumeratione vocat, mulierem carentem omninò viro, quæ appellatio ex falsâ Græcæ vocis Etymologiâ videtur profecta. Scholiastes Anonymus hanc à mariti nomine Perseam dictam restatur. Stellas habet has:

- 1 In interscapilio. 3
- 2 In dextro humero. 4
- 3 In sinistro humero. 4
- 4 Australis trium in brachio dextro. 4
- 5 Septentrionalis earundem. 5
- 6 Media earum. 4
- 7 Australis in extremâ manu dextrâ. 4
- 8 Media earum. 4
- 9 Septentrionalis earum. 4
- 10 In brachio sinistro. 4
- 11 In cubito sinistro. 4
- 12 Australis trium in perizomate. 3
- 13 Media earum. 3
- 14 Septentrionalis earundem. 3
- 15 In pede sinistro. 3
- 16 In pede dextro. 4
- 17 Australior præcedenti 4
- 18 Septentrionalis in duarum in sinistra suffragine. 4
- 19 Australis ibidem. 4
- 20 In genu dextro. 4
- 21 Septentrionalior duarum in sinistra suffragine. 5
- 22 Meridionalior earundem. 5
- 23 Ea quæ extra formam est, apud manum dextram. 3

Sunt itaque sic omninò 23.

Primam eò τὸ μέγιστον, hoc est in interscapilio collocat Ptolemæus, omisâ videlicet, ne bis eadem stella repetatur, eâ quæ in occipite est Andromedæ communis cum umbilico Pegasi: De hac ita Aratus:

— Ζεὺς δ' ἐπιλέμπει Ἰάσιν.

τὴν δὲ ἐπ' ἐπιπέδιον, ἢ δ' ἐξαρτάνη κδδωλῶν. quod ita transfert Cæsar:

Vertice & Andromeda radiat qua stella sub ipsâ

Alta fulget Equi.

Hyginus: Eadem enim stella, & umbilicus Pegasi, & Andromeda caput appellatur. Stellarum aliquot primarū situs non rectus in Sphæris vulgatis, in quibus etiam decima octava & eam sequens non suo loco sunt positæ. Septimam cum duabus sequentibus Tabulæ perperam in extremitate spatulæ collocant, cum Ptolemæus & res ipsa esse doceat eὖ ἄκρον ἢ χείρας. Duodecimam cum sequentibus Ptolemæus eὖ τὸ μέγιστον collocat: Id Arabes Mirath vocant, pro quo Scaliger Mizar legit. Plerique non rectè cingulum interpretantur. Nam περὶ Ζωῆς est τὸ περὶ τῆς ἡσθίας Ζώης Polluci, quod Lauini ventrale vocant. Decima quinta Alma-

mac appellatur. Scaliger eleganter, ut semper restituit, quod cothurnū **الباق** significat. Est ea stella sinistro, nō in dextro

quod quidam voluerunt. Decimæ octavæ nomen perperam in tabulis concipitur, Declinior duarum qua sunt super occultam partem inferiori genti, ad Septentrionem. Ptolemæus: τὸ ἐπὶ τῷ ἀριστερῷ ἀγκυλῶν δὴ τὸ βραχίονος. In huius & sequentis situ discrepant ut diximus Sphæra. Vigesima prima est eὖ τὸ μέγιστον ἀσπίδιον. Syrma velamentum quoddam erat cruribus iniectum feminis, & Tragicis tantum vitatum. Pollux interpretatur τῶν ἀνδρῶν ἐπιπροσώπων. Martialis duobus in locis pro Tragico fastu ponit ut & alij cothurnos: quare mihi falli videntur qui his locis moti syrma tractum femininæ tunicæ interpretantur, qualem excogitavit hodiernus matronarum fastus. Solus hic Ptolemæi locus vel Pollucis docere poterat esse φόρημα, siue gestamen proprium, non alterius vestis aut parte, aut appendicem. Astrologi τὸ ἀσπίδιον Ζώης Adhil appellant: Id esset Arabicè

الدليل aut **الدليل**

quod an re-ctum sit dubito. Debet itaque pingi Andromeda nuda vsque ad ventrem, inde vsque ad genua iniecto perizomate velata, & tibiis rectis tali symate, vna cum cothurnis, quæ omnia in Sphæra, Manuscripti Hygini exemplaribus non ut decet sunt obseruata Stellam vltimam in cathenæ annulo collocant nonnulli. Habet enim Andromeda cathenam, cui alligata solet pingi, quod indicat Aratus:

δὴ τὸ μὲν ἢ αὖ καὶ τὴν εὖ ἐγὼν. — Vinculaq; in calo retinet quoque.

quem Arati locum imitatur Nonnus rerum Astrologicarum diligens affectator. Loquitur apud eum libro 23 ita ipsa Andromeda:

Ἐὶ τὴν δεξιῶν ἔχει καὶ εὖ ἀσπίδιον —

Hoc est: Vincula me in calo retinent quoque. Et libro 47 ita canit:

— ἀσπίδιον τὸ

Δεξιῶν ἀσπίδιον εὖ εὖ ἀσπίδιον ἢ πῦρ ἀσπίδιον. Hyginus stellas nominat viginti, & vnam amplius Anonymus. Ad eius exemplar emendandus videtur Hyginus, vbi ait: super zonam quatuor. Legendum sub zona cum Anonymo. Stellas aliquas attingit Aratus:

Τὴν οὖν κατὰ τὸν τῶν εὖ ἀσπίδιον ἀσπίδιον. — Face denique vortex

Ardes anhelati, geminamq; per aëra fundunt Luceum humeri, & summis lux astituit ignea planis.

In número Hyginum & Anonymum sequitur imaginis

imaginis auctorque in Manuscripto est. Non semper in situ.

EQUVS MAIOR, ET MINOR.

Equus, ἵππος, Pegasus Gorgoneus, seu Medusæus Caballus dicitur Astronomis & Mythologis: Eadem ab aliis Menalippe vocatur. Huius fabula apud omnes perturbatissima, dum nunc Æolum eius patrem, nunc filium, nunc vitiatorem vocant. Inuenies eam apud Hyginum hoc loco, apud Anonymum: In Hygini Mythologicis Fab. 186. Hellenem alij quoque filium vocant Melanippes, alij patrem Æoli compressoris, nisi mendum sit, ut monerimus. Ita hæc omnia conturbata. Ea sententia certioribus nixa est rationibus, esse Chironis filiam Neptuno adamatam. Melanippen voco, non Menalippen, vt in Hygino perpetram legitur. Nonnus:

Εἰς ἡμιμυυῖον ἐπιπέλας κρυπτοῦ χάριτος
καὶ σε σφῆς ὡς ἑβελος ἀνδρῖνος Μελανίππης.

Clemens Alexandrinus: ἀλλὰ καὶ τὸν ποσὶ δὲ τοῦ τὸν χόρον τὸν διεσπαρμένον ἐπ' αὐτῆ, πλὴν ἀμφιπέτρῳ, πλὴν ἀμυυῖον, πλὴν ἀλόστῳ, πλὴν μελανίππῳ, πλὴν ἑβελῶν, πλὴν ἰπποβόλῳ, πλὴν χιρόνῳ.

Arnobius lib. rv. Aduersus Nationes: Nemoquid enim à nobis arguitur Rex maris Amphitrissas, Hippothæas, Amymonas, Melanippas, (malè hodie Menalippas), Aleyonas, per furiosa cupidinis ardore castimoniam & virginitate priuasse. Scripsit Euripides fabulam Menalippen, ad quam alludit, vt puto, Iuuenalis:

Syrma vel Antigonas, seu personam

Melanippes.

Eam transtulit Attius, ex quo duo apud Festum citantur Fragments, vnum in voce Noxa, aliterum in Raudis: sed verobique perpetram Menalippo, pro Melanippe scriptum fuit. Nomen huius Nymphæ corruptum apud Hyginum Fabula 157 vbilegitur. Baotus & Hellen ex Antiopâ Æoli filia. Legendum fortè transpositis elementis, & mutatis. Baotus ex Melanippe Æoli filia. In tabulis eiusdem Astronomicis ita legitur: ipsam Melanippen (malè Menalippen) Chironis Centauri filiam, Thean ansea appellatam. In veteri codice est Theanthea appellatâ. Lege: Theano ansea appellatam. Dixit hic Theano eandem esse cum Melanippe, cum in fabulâ res dixerit partum Melanippes Theano Reginae suppositum. Simile omnino est, quod cum plerique Nemesein cum Ledâ eandem esse dicant, Scholiastes tamen Anonymus ouum Nemesis à Ledâ dicat quasi exclusum. Sed de his satis, si hoc modo sciatur Equum hunc etiam Melanippen, & Theano in fabulis vocatum. Arabes vocant Alpheras

الفرس Nam ἵππος etiam Hebræis Equum significat, sed eo significato in

sacris literis non inuenitur. Sed Nahum tertio ἵππος Equitem significat, & Genesios capite ultimo in plurali ἵππων eodem significato inuenitur: quare ἵππος mihi multum errare videntur, qui in iis locis, Equitem ita affirmant dici à calcariis acuminè, cum Arabica lingua satis doceat nomen hoc non aliunde descendere, sed propriè ad equum spectare: Arabum interpretes Equum alatum vocant, & maiorem, & posteriorem, quæ omnia ad differentiam alterius Equi, quem Equum priorem & minorem vocant, sunt inuenta. Siellæ enim sunt extrâ Pegasus quatuor obscura. Eas vetustissimi Astrologi extrâ formam Pegasus numerabant; nonnulli inter quos & Hyginus fuisse videtur ipsius Equi capiti affigunt. In Manuscripti imagine non male ante os ipsius Pegasi quatuor hæc stellæ formantur. Ipse Ptolemæus in Tetrabiblo ex his nouum sidus non efficit. Sed in Almagesto ex iis Equum minorem seu priorem effingit hoc modo.

Equi prioris asterisimus.

- Præcedens in capite. Occulta
- Sequens in capite. oc.
- Præcedens in ore. oc.
- Sequens in ore. oc.

Proclus ὡς ἑβελῶν ἵππῳ appellat. Pollux ὡς ἑβελῶν interpretatur id quod sub fronte & oculis est in bestiarum capitibus, quod in hominibus est ὡς ὄσσωπῳ. Arabica Mappa Scaligeri hunc Eculeum appellat

الفرس الأصغر Nunc ad Pegasus reuertamur, Eum Aratus ostendit non esse quadrupedem, sed ad vmbilicum vsque apparere, vnde & ἡμιπλῆ ait apparere, quem secutus Nonnus libro 38 de eodem dixit ἡμιπλῆς ἄλβῳ ἵππῳ. Habet has stellæ:

- 1 In vmbilico communis cum capite Andromedæ.
- 2 In lumbis, & alæ extremitate.
- 3 In initio pedis dextri, & armi.
- 4 In armis apud alam, vel interscapilio.
- 5 Septentrionalior in corpore sub alâ.
- 6 Australior earum.
- 7 Septentrionalior in genu dextro.
- 8 Australior earum.
- 9 Prior duarum vicinarum in pectore.
- 10 Sequens earum.
- 11 Prior vicinarum duarum in cervice.
- 12 Posterior earum.
- 13 Australior in iuba.
- 14 Septentrionalior ibidem.
- 15 Septentrionalior vicinatum duarum quæ sunt

- 16. *font in capite.*
- 16. Australior carum.
- 17. *in dextro malleolo pedis.*
- 18. In dextro malleolo pedis.
- 19. In genu sinistro.
- 20. In sinistro *Coues.*

3 *gatum. Σάγρι* Græci vocat stragula, quæ Equis
 4 aliisque iumentis iniiciuntur. Suidas Σάγρι, τὸ
 4 *ἰσθμίου*. Inuenitur Machabæorum libro
 4 secundo: Est itaque Σάγρι, vel ἰσθμίου (ut
 4 loquuntur Septuaginta,) iniectum ἰσθμίου:
 Id Orientales vocant *سراجة* à *سراج* quod Equi-
 tare significat. In eo ipso, vel eius loco est hæc
 stella, quæ idè hoc nomen apud Arabes inue-
 nit. Fuisse autem hunc equum sagmarium (ita
 enim præter Isidorum loquitur Lampridius in
 Heliogabalo, & Suidas in voce *σάγρι*) li-
 quet ex historia Bellerephontis.

Sunt itaque 20.
 Stellæ aliquot describit Aratus:

*Οὐ δ' ἄγ' ἐκ τῶν ἄστρον ἐπι πλάγῳ τι καὶ
 ἴσθμίου*
Ἰσθμίου δ' ἐπιπλάγῳ ἀστὲρ δὲ ἰσθμίου
Καλοῖ, καὶ μεγάλῳ, κεφαλὴ δὲ οἱ ἐδὲν ἰσθμίου.
Οὐδ' ἐν ἰσθμίου, δὲ διχῶς τῶν ἄστρον ἰσθμίου
Ἀστὴρ μὲν ἰσθμίου καὶ πᾶσι τῶν ἰσθμίου ἰσθμίου.
Τίτῳσι, οἱ μὲν ἰσθμίου ἀστὴρ μὲν ἰσθμίου.

Hyginus stellas 18 enumerat: Ita enim cum ve-
 tustis codicibus legendum monent præceden-
 tia: & totidem Anonymus. Ouidius quinde-
 cim statuit Fasti. iv.

Nunc fruitur calo, quod pennis ante peribat.
Et missus stellas quinque decemq; micat.

In Hygino mendum est: legitur enim *in scapilio unam*, cū legi debeat *in interscapilio unam*. *Interscapilium* semper vocat Hyginus, τὸ μὲν *ἰσθμίου*, τὸ μετὰ πῆγῳ, quod male quidam occupant vertunt. Sed mendum hoc video in extrema editione correctum. Quarta quæ in armopud alam à quibusdam Eniph Alpheraz vocatur. Sed hoc melius ab aliis ad decimam septimam refertur, & à Scaligero Enf legitur,

انف quod nasum significat, *انف* Hebræis
 & *انف* Chaldæis Nan interpo-

sito, quod in Daniele bis inuenitur. Sed reuera hæc non tam nasum significant, quam *انف*: illud nimirum in bestiis quod in homine vultus est. Tertia est in pedis origine: *SKAT ALPHUS* & *AS* vocatur, brachium Equi. In decima quinta descriptione erratum est à librario potius quam auctore Tabularum Alphonsinarum. Nam locatur ab illis in pectore, cum nona sit in pectore, hæc in capite: antepenultima & ultima sunt in talis vel potius *ἐν τῶν πῆγῳ*. Cauillas vocant Almagesti translators: Camille sunt *Κουεῖ*. Etiam hodie ita omnes Galli vocant. Tu non male suffragines vocaueris, vel cum Hygino poplites. Est enim *καμπύ* posterior crurum, *ἰσθμίου* vocant Græci quod Hesy chius interpretatur *ἰσθμίου* τὸ ὀπίθεν καμπύ. Hoc quoque silentio non est prætereundum, de quo tamen alij tacent, stellam quintam Arabibus Markab appellari. Vox est Hebraica. Hæc inuenitur Leuiticorum i. vers. 9 *מרכב*. Hieronymus Sagma transmutat Isidorus. Sagma, quæ corruptè uulgè dicitur salma, à stratis sugorum vocatur, unde & *καμπύ* sagmarina. Legendum est: à stratis sa-

ARIES.

Sequitur Aries, *αἰεὶς* Græcis, veruex nonnullis. In carmine *αἰεὶς* legitur:

*Et quia Vernæci vis est in vertice maior,
 Inde, nec immerito, possidet ille caput.*

Ita nos emendauimus: Nam ubi ego inueni scriptum erat *ver nec vis*. Arabibus, ut Scaliger docuit Elhamel vocatur, vocabulo *الحميل* lis cum Belgis meis cōmuni. Hunc ait Scholiastes genitū ex Neptune & Theophane Altidis filia: Legendum est *Bisaltidis* ex fabula Hygini 188. Ouidius Metamorph. lib. v. 1. Ipsam Theophanem Bisaltida vocat, patronymicum fingens, quod erat primitiuum. Ait enim:

Aries Bisaltida fallis.

Ridiculus enim est eorum error, qui Bisaltida apud Nasonem à loco dici putant. Ea Theophane in insulam Crinissam est traducta à Neptune: Crinissam inquam, cum Strabone lib. 17 pro quo perperam Anonymi codices *Crinissam* habent, & Hygini loco memorato *Crimissam* aut *Cromissam*. Ex quâ inquit Anonymus, *Aries chrysomellus natus*. Restituendum Arieti suum cognomen, & legendum, ut est in Hygini fabulâ, *Chrysomellus*. Ita semper Græci, & res ipsa docet. Alij hunc esse Iouem Ammonem prædicant, inter quos præter Hyginum & Anonymum est etiam Isidorus cap. lxx in Mathematicis. Nota est fabula de Aureo velleto. Huic Arieti circulus quidam appictus est in Manuscripti imagine, quod vel ideo factum est, quia in Equinoctiali est, vel quia princeps signorum Zodiaci. Stellas has habet.

- 1. Prior & Septentrionalior duarum in cornu.
- 2. Sequens & Australior.
- 3. Septentrionalior duarum in muscîdâ.
- 4. Meridionalior earum.
- 5. In collo, seu crurice.
- 6. In dorso, seu in lumbis.
- 7. In origine caudæ.
- 8. Prima trium in caudâ.
- 9. Media trium.
- 10. Ultima earum.

- 11 In femore postremo. 5
- 12 In flexura genu. 5
- 13 In extremitate pedis posterioris. 4
- 14 Extrà formam suprà caput. 3
- 15 Lucida quatuor in formium suprà lumbos. 4
- 16 Trium aliquarum obscuriorum Septentrionalis. 5
- 17 Media earum. 5
- 18 Vltima & Meridionalis. 5

Sunt simul omnino 18.

Totidem numerat Hyginus, & Anonymus. Sed situs discrepat. Muscidam in stellæ tertiæ figuratiōe vocant tabulæ, quod Græci *μυσκάδης*, hoc est, non vt alij transferunt, rictus, sed totum illud in bestia, quod in homine est *στέον*. Repertur verbum Græcum & Latinum cum alibi, tum etiam in Pegasi signo, in stellâ quam Enif Alferaz vocari diximus. Sed Muscida, & Grumium propriè de Elephante dicuntur. Muscida est *musca* Gallis, Grumium *Grugno* Italis. Hebræorû magistri *וַי* & *וַי* quorum hoc Iobi 38, 32. reperitur, alterum cap. 9. vers. 9. interpretantur caudam Arietis, quibus ego magis credam quàm iis qui Arcturum intelligunt. Nam nominis ratio stellarum potius congregationem quampiam, quàm vnicam stellam indicat. Sed alij Plaustrum volunt. Stella quæ vltima est in Sphæris præposterè pingitur in genu pedis sinistri *πυξιδίου*, cum pingi deberet in vngula dextri, figura aliquantulum immutatâ magis quàm situ. De decimâ quartâ ita legitur in tabulis Regalibus: *Qua est super caput, & est ea, quam dixit Abrachis esse super muscidam.* Hoc pauci intelligunt. Stellam hanc Hipparchus teste Ptolemæo *εἰς τὴν μύσκαδ*, siue *κατὰ ζευγικῆς* *εἰς τὴν ἀστὴρα Β* *πολι* collocavit. Scripserat Arabs interpres.

Hoc illi erat *إبرخيس* Eliph pro aspiratione ponunt Arabes:

Vnde *اير* est *ἡγεμλῆς*, vel potius *اير كلوس* *ἡγεμλῆς*, nam & ita Græcos veteres extulisse probat genitiuus Ionicus *ἡγεμλῆς*. Deinde quia literam P non habent ponunt pro ea non tantum Phe, sed B, vnde in Testamento Arabico semper scribitur *بولوس*. Rursus ij qui Arabicum interpretem sunt interpretati illud *ابرخيس* Abrachis legerunt: unde *ابرخيس* hinc lector quantum fas sit il-

loru somnis fidere.

DELTON.

Δελτων Græcis à literæ quartæ similitudine, iisdem *τρίγωνο*, & Latinis Triangulum, Arabibus, vt docuit vic Illustrissimus,

مستلب

Muscatum quod triplicitatem significat. In fabulis est Aegyptus, Sicilia, Nilus, orbis terrarum eripertitus: Quidam, inter quos est Hyginus, qui hoc ex Græcis Scholiis desumpsit, ob literam primam *Διὸς* caelo voluit illatum: Theon δὲ *Διὸς τὸ πρῶτον Β ὀνόμαζον δι' ἴσην ἑκάστην*, Stellas habet has.

- 1 In capite trianguli.
- 2 Borealior trium in basi.
- 3 Media.
- 4 Australior earundem.

Sunt omnino 4.

Triangulum est, vt Theon monet, non *ισοσκελῆ*, sed *ισοσκελῆς*. Tria sunt hic latera, duo erecta, quæ stantes ductus vocat Auienus, quorum coniunctio Ptolemæo & Auieno caput vocatur: & tertium minus duobus, & infimum, quod *βάσις* Euclidæ, & Ptolemæo, & linea quæ sustentat Auieno. Mediam multi extrà formam posuerunt in medio trianguli. His explicatis liquet à Ptolemæo non dissentire Hyginum, & Anonymum, qui in singulis angulis collocant singulas stellas, omisâ videlicet penultimâ. In Theone legitur *ἔξ ἑἰς ἑκάστης γωνίας ἀστὴρα τριόκωντος*, legendum est: *ἔξ ἑἰς ἑκάστης γωνίας ἀστὴρα* deletis cæteris quæ à mala manu. Clari etiam sunt illi versus Arat.

Ἐξ ἑἰς ἑκάστης γωνίας ἀστὴρα τριόκωντος
Ἐξ ἑἰς ἑκάστης γωνίας ἀστὴρα τριόκωντος
Ἐξ ἑἰς ἑκάστης γωνίας ἀστὴρα τριόκωντος

Totidem sermè verbis Cicero:

*Huic spatio ductu simili latera extat vtrunq;
 At non tertia pars lateris: namque est minor illis;*

Sed stellis longè densis præclara relucet.

Brevius Germanicus:

*Tres illi laterum ductus: aquata duorum
 Sumi spatia: vnius breuior, sed clarior ignis.*

Παραφραστῆριος Auienus:

— simile & latera istud vtrumque.

Porrigitur, summum signo caput angulus ar-

ctat,

Et gemini suprema iugi vicinia mordet.

Tertia qua stantes sustentat linea ductus.

Parcior aut simili sese sub limite tendit,

Sed contracta modum geminâ face flammige-

raram stellarum superat.

Nec alia ab his omnibus, q̃ fallor, mēs Manilijs

— cui succedet iniquo

Diuisum spacio, qui tertia lampa da distat.

Conspectur paribus Delaton nomine sidus

Ex simili dictum.

PISCES.

Pisces Latinis, Græcis *ἰχθύες*, Arabibus

Arabicibus

bibus *trivis* ut Scaliger docuit
Elhanæ. Horum cognomen
lacet in mēdo apud Auienum:

الحرث

proles tibi tertia Pisces
Surgent Bombycij. Et alibi:

Pisces Bombycij.

Legendum utrobique *Bombycij*. Βαμβύκιη Bambycæ. Straboni lib. xvi, Plinio lib. 5. vrbs Cœlesyriæ, quæ illi Hierapolis dicitur, vbi culta est Atergatis, seu Decreto, quam in Piscem versam narrat Theon. Ea filia Veneris, mater Semiramidis. Ouidius:

Et dubia est de te, Babylonia narree
Derceti, quæ versa sçamis velantibus artus
Stagna Palestini credunt coluisse figurâ?
An magis ut sumptis illius filia pennis,

Extremos alit in turribus egerit annos.

Confer cum his Hyginum, & Anonymum in fabula Piscium & Piscis Notij, videbis hæc omnia confusa. Quin ipsa Venus Syria ab aliquibus *εργαία* à quibusdam vocatur, cum Semiramidis potius id significet. Eadem vocatur Syriæ dea. Anonymus: Phacētis filia Veneris in Piscem sit transfigurata, quæ in Syriæ Deam nominatur. Lege: Dercetis, & Syria Deam. Sic alibi: Syria quæ vocatur Venus. Scripsit Lucianus opusculum inscriptum DE SYRIA

DEA, in quo inter alia easdem fabulas duas narrat, quas Ouidius attingit, de Pisce, & columbâ, quæ utraque animalia ex tali superstitione fabulosa illis sancta habita, non ille tantum sed & Anonymus in Piscium fabulâ, & Clemens Alexandrinus in Protreptico narrat: Atergatin quoque dictam volunt Græci, quasi *ατεργατις*, quod lingua Syriacâ aiunt sine Pisce significare: Sed falluntur, dum, quod sæpè accidit in Orientalibus vocibus, eas præposterè referunt: Non enim *Gad* vel *Gat* sed *Dag* Syris Piscem denotat. Sed in Auieno quid

est proles tertia: Lege, proles tibi Dertia. Scholiastes Aræi *δερκελο* Dercem nominat quam alij Derceto & Dercetin, & quod idem est, Atergatin. Hinc ille Pisces prolem Derciam dixit. Nam quod prolem dicit cum alij de ipsa Derceto narrent, non magis mirandum est, quàm quod Anonymus vno in loco Venerem vocet, (ut & Hyginus, & Ouidius Fastorum 11, & sæpè Manilius) altero Veneris filiam, nonnulli *δερκελο* hoc est Ventris matrem. Hæc de cognomine. Cuius generis hi Pisces sint nemo veterum edit, nisi aliquid eruamus ex illis verbis Theonis: τῆς τῆς Βίβου τῆς βορείου τῆς ἰχθῆος χαλιδῶνος ἰχθῆος τῆς κεφαλῆς φασὶν, ὅτι χαλιδῶνος καλεῖται ἰχθῆος ΧΕΛΙΔΟΝΙΑΝ. Chaldæi inquit Piscem Septentrionalem, (quem Arabes Andromedæ annectunt) vocant Chelidonian. Athenæo libro viii memoratur piscis χαλιδῶ-

νας, ἐστὶ τῆς περιχθῆος ἀναλογῆς τῆς πηλαμῆος. Debito an idem sit Pifcis Chelidonias, cum eo qui χαλιδῶνος Aristoteli, & Aliano, & ipsi Athenæo, quem in quibusdam polypo similem prædicant, & cum hirundine Pifce, cuius mentio apud Plinium libro ix capite xxvi, & lib. xxxii capite vltimo, qui eam volucris omnino dicit similem. In Sphæris quoque Pifcis Boreo caput hirundinis affingitur, ex Chaldæorum opinione, ut Theon docet: Sed hoc ex more est, non ex ratione, quam ipsi Sphærarum auctores ignorant. In imaginibus Hygini, & Manuscripti malè vnum linum pingitur cum duo essent pingenda vno coëuntia nodo. Aratus:

Αμφότερον δὲ (Φέρον δάκτυλον) ἡὲν δισμῆς
Οὐρανῶν ἐκάτερος ἐπιχρῆσθαι εἰς ἐπίπυτον
Καὶ τὰ μὲν εἰς ἐπίπυτον ἐπιχρῆσθαι καλῶς τι μέγιστον
Οἱ γὰρ τὴν ἰσχυρὰν ἐπιχρῆσθαι καλεῖται.
Et alibi:
Δισμῆς δὲ ἕρποντος, τῶν ἰχθῶν ἐκαστὸν ἔχοντος,
Αμφω συμφέροντος ἀπὸ ἕρποντος καλεῖται
Κητῆρος δὲ ἐπίπυτον λοφίης ἐπιμῆξος φέροντος,
Εἰς ἐπίπυτον ἰσχυρῶν.

Id quod Aratus *δισμῆς* vocat, Hyginus coniunctiones, & lineolas, Anonymus alligamentum luteum vocat, sed puto legendum duobus in locis, *alligamentum luteum*. Ptolemæus *λένοι* vocat, Cicero, Auienus, Germanicus, catenas, vincula, cingula, Arabum interpretes fila. Nodum, Aratus *κωδισμῆς* ἢ *ἕρποντος*, pro quo malè plerique legerunt *ἐκαστῶν* ut alibi docuimus, nuncupat: Id Hyginus perperam de totâ coniunctione intelligit, cum intelligere debuisset de eo quod ille *Commisuram* vocat, & alij plerique *Nodum*. Linum hoc flexuram habet vnam, paulo ante nodum supra spinam Pistricis: In Sphæris perperam plures, in aliis imaginibus nullam. Nunc stellas enumerabimus, priorem Piscem τῆς νότου, & τῆς βορείου posteriorem appellantes.

- 1 In ore Piscis prioris. 4
- 2 In cranio Australis. 4
- 3 Borealis ibidem. 4
- 4 Prior in dorso. 4
- 5 Posterior in dorso. 4
- 6 Prior in ventre. 4
- 7 Posterior in ventre. 4
- 8 Prope caudam. 4
- 9 Prior duarum in initio vinculi apud caudam. 6
- 10 Posterior ibidem. 6
- 11 Trium lucidarum sequentium prima. 4
- 12 Media earum. 4
- 13 Vltima trium. 4
- 14 Septentrionalior paruarum in flexurâ vinculi. 6
- 15 Australior ibidem. 6
- 16 Trium post flexuram prima. 4

- 17 Media earum.
- 18 Ultima trium.
- 19 In nodo siue commiffurâ vinculorum.
- 20 Sequens nodum in vinculo Septentrio-
- 21 Meridionalis trium sequentium illam.
- 22 Media earum.
- 23 Septentrionalis in extremâ caudâ.
- 24 Septentrionalis in ore Piscis sequentis.
- 25 Australis in ore.
- 26 Sequens trium paruarum in capite.
- 27 Media.
- 28 Prima trium.
- 29 Prima trium in spinâ: & est apud cubi-
- 30 Media earum.
- 31 Ultima earum.
- 32 Septentrionalior in ventre eius.
- 33 Australior ibidem.
- 34 In sequenti spinâ apud caudam.
- 35 Prior lateris Septentrionalis quadrilateri
- 36 Eiusdem lateris posterior.
- 37 Australis antecedens.
- 38 Sequens eiusdem.

dit. Sed cum non
 3 sed **راس الغول الجعل**
 scribendum esset. In tabulis

Alphonfinis vocatur Cheleub. **چهل** canem si-
 gnicat. Arabes vero pro humanis figuris cani-
 nas & similes sæpè effingunt, & inde nomina
 induunt. Ita apud Auenezram Boötes vocatur
 Canis latrans: & non dubito collatis Ptolemæi
 verbis quin idem, vbi tradit quænam cum Taur-
 o orientur, Persea intelligat, cum ait: *Et ascen-*
dunt in tertia facie posteriora corporis assimilati
capiti canis. Ptolemæus enim pedem Perseos
 posuit in loco eo ex quo ea desumpta. Habet
 Perseus in imagine Manuscripti similem fermè
 chlamydem ei quæ antea Castorum alteri fuit
 tributa. Sed nudus potius pingendus: & qui-
 dem cum Harpe, quod est teli genus Perseo tri-
 butum à Mythologicis. Nonnus lib. 8.

Καὶ μετὰ τὴν κλῆσιν ἴδω, μὴ ἀπὸ τοῦ ἀρκτύου
 Libro 25. — *καὶ ἴκνου ἀρχίνα τὸ ἀρκτύου*
Γοργίου ἀλειθῆμα μορυστάκ. ἴπρισι ἀρκτύου.
 Libro 30.

Εἰς τοῦτο κρητὸν. τὰ ἀπὸ καμὲ ἀπὸ τοῦ ἀρκτύου.
 Idem aliquoties *δριπέριον* à similitudine appel-
 lat, ut & Hyginus Falkem. Hodie ea sine fide-
 ribus pingitur, quod & Hyginus voluit: Ait
 enim; *Caput enim & Falcis sine sideribus appa-*
rent. non antiquioribus. Scholiastes Anony-
 mus collocat in *Harpe unam.* Proclus scribit:
οἱ δὲ ἐν ἄρκτῳ τῆ δριπέρης χεῖρὶ δὲ ἀρκτύου κείμενοι
ἀστερίωνται, πυκνοὶ, καὶ μικροὶ ἐν τῷ ἀρκτύῳ καλοῦν-
τοί. Debet præterea habere talaria qualia
 Mercurio solent appingi, & scutum cristalli-
 num, & galeam, quæ *καὶ τὸ ἴδω* vocatur, cuius
 mentio apud Hyginum, & in Nonni loco:
Μὴ κακίην ἀΐδεισιν ποῖς ἀρκτύου τὴν ἀρκτύου.

Horum alia obseruant Sphærarum auctores;
 alia negligunt. Stellæ Perseus has habet.

- 1 In extremâ manu dextrâ, quæ *αυτοφῆ* is-
- 2 φιλοειδὴς Persei vocatur.
- 2 In cubito dextro.
- 3 In humero dextro.
- 4 In humero sinistro.
- 5 In capite.
- 6 In intèrscapillio.
- 7 Lucida in latere dextro.
- 8 Prima trium sequentium istam.
- 9 Media.
- 10 Ultima trium.
- 11 In cubito sinistro.
- 12 Lucida in capite Medusæ.
- 13 Sequens eam.
- 14 Antecedens lucidam.
- 15 Antecedens etiam hanc.
- 16 In genu dextro.
- 17 Præcedens hanc in eodem genu.
- 18 In poplite prior.

Sunt simul 38.

Hyginus Boreo Piscis stellas assignat xxi. & e-
 totidem Anonymus, Australi hic quindecim,
 ille nisi in numeris erratum, xvi. i. Alligamen-
 tis uterque duodecim: Sed verò proprior Pro-
 clus: is ita scribit. *οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ ἀρκτύου μέραν τὸν*
ἴχθυον ἔχοντες τὸ ἐξῆς κείμενοι ἀρκτύου Αἰνοὶ ἀρκτύου
ἀρκτύου εἰσι δὲ ἐν τῷ τῷ τῷ λίαν. δ; ἐν τῷ τῷ
βορείῳ λίαν δὲ ἐν τῷ ἀρκτύῳ τῷ λίαν κείμενοι ἀρκτύου
ἀρκτύου ἀρκτύου. (Caudæ quoque ἀρκτύου ἀρκτύου.) In tabulis
 Alphonfinis perperam tertia & quarta locum
 inter se commutarunt nullo sensu. In iisdem
 corruptè legitur de stellâ secundâ *In cartho* pro
In cranio. Vigesima nona sequitur Andromedæ
 brachium sinistrum: Hunc locum innuit
 Aratus:

Ἀνδρουμένης δὲ ἐν τῷ ἀρκτύῳ ἀρκτύου ἴχθυον
Σήμα βορροστίου. μάλα γὰρ τὸ οἱ ἐξῆς ἐστὶν
 Hoc est:
Andromeda lauo ex humero cognoscere Piscem
Threicium facile est: nam longè proximus
illi est.

PERSEUS.

Sequitur Perseus, quem Arabum Interpre-
 tes *αυτοφῆ* vocant deferentem caput Al-
 gol: Nam illi τὰ γοργίου vocant Ras Algol,
 quod si Hebraicè interpretèris erit Caput pueri:
 ἡ γὰρ ὄνομα. Patens verò meus I. Grotius puta-
 bat Gol illud esse *γολ*, quod abo-
 minationem significat: Id ve-
 rum quia Arabum Interpretes caput Cæcodæ-
 monis transferunt, tum quia ad γοργίου allu-

19 Posterior ibidem. 4
 20 In dextrâ surâ. 5
 21 In dexteri malleolo pedis. 5
 22 In femine sinistro. 4
 23 In genu sinistro. 3
 24 In tibia sinistra. 3
 25 In calcaneo sinistro. 3
 26 Sequens hanc in sinistri pedis extremitate. 3
 27 Informis remota in orientem à genu sinistro. 5
 28 Aliâ remota in Septentrionem à genu dextro. 5
 29 Antecedens caput Medusæ. orcuhta
 Sunt simul 29.

SEPTIMA Arabibus vocatur Algenib orcuhta
 quod Ill. Scaliger latus explicat. Duodecima cum tribus
 sequentibus constituunt caput Algol: Caput Gorgonis vocatur Hygino, & Anonymo aliisque tam Grecis, quam Latinis. Hæ stellæ olim in ipsa manu sinistra pingebantur. Hyginus: *In sinistra manu; quod Gorgonia caput vocatur, stellas quatuor: qui locus adumbratus videri possit ex isto Procli: οὗ τῶ ἀριστερῆ ἀκρῆ καὶ ἐν Ἐπιδόρας ἀριστερῆ περὶ γόνοι καλῶν.* Sed lege *γοργόνιον*, ita enim appellat Ptolemæus. Hyginus & Anonymus stellas totidem referunt. XVIIII videlicet, sed diverso situ. Nunc ex ordine Arato, quia de Pleiadibus supra actû est, ad Lyræ veniamus.

الحانب

LYRA.

Άγεν, ἦλος, φέρωσκ, Latinis Fides appellatur, & τρυγγεσσαίνης Fidicula, quo Plinius utitur, quod perperam à Lyrâ distinxit Manilius. *Testudo* aliis. Fuit autem hæc Lyra à Mercurio inuenta, dein de Apollini tradita, & postea Orpheo, quem Lyra hæredem Manilius nominat: de cuius formâ, quæ longè alia ab eâ quæ in Manuscripto pingitur, quæ nouissimorum fuit temporum, plura dicerem nisi Heros incomparabilis, omnia, quæ huc pertinent, more suo tam perfectè explicasset, ut qui post eum eadem de re aliquid vellet in medium producere, meritò τὸ ἀσχετὸν ἀποδοῦν videatur. Hoc verum dicam, debere eam Nicomacho auctore *περὶ ἄστρον* pingi, quod explicat Boëthius libro 1. cap. 20. Dissentit Auienus de Orpheo loquens:

Hic nã slla nouè doct a in modulamina mouit Musarum ad speciem Musã satus: ille repperit Carmina Pleiadum numero deduxerat.

Quem locum consultò explicare videtur Anonymus, quem multis in partibus Auieni tenus quàm Germanici commentatorem dixeris. Sed de *ἐπιχόρηδω* pleni auctorum libri. In Manuscripto est *διπλάροδω*: Fuere nonnulli, qui Theoscus hanc esse Lyræ dicerent, quo per-

nec illud ex Elegiaco Anacroniæ carmine fragmentum ita restituendum:

Λύρῃ δὲ καὶ τῇ τῆροῖ ἐπὶ λήρῃ.

Lyræ hanc Arabum interpretes vocant **VULTUREM CADENTEM**. Rationem eleganter odoratus est Scaliger: quia pro Lyrâ ipsum animal Testudo sæpe pingeretur. Est autem inter testudines marina, eadē dicta, vulturi similis. Sed reuera aliud est *ἐμύς*, aliud testudo marina, Nam *ἐμύς*, est testudo lutaria; in aquis dulcioribus vivens. Plinius lib. 32. cap. 4. *Sunt ergo Testudinum genera terrestres, marina lutaria, quæ in dulci aquâ viuunt: Hæc quidam à Grecis Emydas appellant. Distinguit & Aristoteles de Hist. Animal. cap. 2. lib. 8. οὗ τῶ ἀριστερῆ ἀκρῆ καὶ ἐν Ἐπιδόρας ἀριστερῆ περὶ γόνοι καλῶν, καὶ τῆ ἐλαπίδιον ζῴον, οὗ τῶ εἰρῆδος, καὶ τῶ βυρραῶν.* Latet hoc nomen in meudo apud eundem auctorem libro de Part. Anim. 111. cap. 12. *ἣ ἔν ἐν ἀριστερῆ δὴ κατὰ τὴν πύξιν αἰτίαν ὅσα ἔχῃ τῆ μερίαν ἐδότερον.* Scribendum est ex altero loco, & Plinio, & Hesychio *ἐμύς*. Alibi quoque (sed nunc locus non succurrit) pro *ἐμύς* legitur, quod ansam errori dedit, ut murem aquaticum transferrent nonnulli. Sic itaque *ἐμύς*, aut si vis testudo marina vultur Arabum. Sed cur *cadens* appellatur? Audi Hyginum: *Summum autem cacumen ad Polum Notium contendere videtur. Eadem esse potest ratio cur iidē homines Barbaro vocabulo deferentem hoc est κατὰ φύσιν nuncupent. Fieri etiam potuit, ut per malam nominis interpretationem hoc ipsum acciderit: Nam*

est cadere, & similiter **نبل** Lyræ significat, aut **نبل** ut alij transferunt, Psalterium. Arabicum vocabulum, quod illi vulturem interpretantur est Alohor. Sed hoc nihil significat, nedum vulturem. Stellæ Testudinis hæc sunt.

- 1 Lucida in testâ. 4
- 2 Septentrionalior duarum sequentium. 4
- 3 Earundem Australior. 4
- 4 Sequens hæc duas, in origine cornuum. 4
- 5 Septentrionalior duarum contiguarum in Orientali parte testæ. 4
- 6 Australior earum. 4
- 7 Septentrionalior duarum priorum *οὗ τῶ Ζύγω seu Ζυγώρωδω*. 3
- 8 Australior earum. 4
- 9 Duarum sequentium ibidem Septentrionalior. 4
- 10 Australior earum. 3

Sunt simul 10.
 Prima in testâ est, *οὗ τῶ δερῶδω*, siue *οὗ τῶ χολῶδω*. Tympanum vocare videtur Anonymus: Isidorus: *Tympanum est pars media symphonici in similitudinem cribri.* De hæc stellâ

θηροῖ

ita Proclus: $\delta\eta\ \pi\alpha\rho\epsilon\ \tau\acute{\omega}\ \lambda\acute{\upsilon}\rho\epsilon\alpha\ \kappa\alpha\iota\ \rho\acute{\omicron}\ \epsilon\iota\sigma\iota\eta\mu\alpha\ \acute{\alpha}\epsilon\tau\eta\epsilon\ \delta\iota\alpha\tau\acute{\iota}\mu\omega\varsigma\ \delta\lambda\alpha\tau\acute{\iota}\delta\epsilon\ \zeta\omega\delta\iota\omega\ \lambda\acute{\upsilon}\rho\epsilon\alpha\ \omega\sigma\tau\epsilon\ \rho\epsilon\delta\iota\tau\epsilon\ \epsilon\iota\sigma\iota\eta\mu\alpha$. Quo in loco obiter notandum $\zeta\omega\delta\iota\omega\ \lambda\acute{\upsilon}\rho\epsilon\alpha$ sumi $\acute{\alpha}\lambda\lambda\alpha\ \kappa\alpha\iota\ \tau\epsilon\tau\iota\omega\varsigma$ pro signo etiam inanimato. Hinc Zodiacus Signifer Cicroni: & $\zeta\omega\delta\iota\omega\ \rho\acute{\omicron}\ \epsilon\iota\sigma\iota\eta\mu\alpha$ simili ratione Sigillarius, $\acute{\alpha}\lambda\lambda\alpha\ \kappa\alpha\iota\ \tau\epsilon\tau\iota\omega\varsigma$. Capella Græcum vocabulum Latino simili expressit: nisi forte velit quis eorum $\gamma\epsilon\sigma\tau\alpha\ \mu\iota\eta\eta$ sociare, licet animalium vocabulis censeantur. Animalium, valet $\zeta\omega\delta\iota\omega\ \lambda\acute{\upsilon}\rho\epsilon\alpha$. Ut autem hæc stella Lyra vocatur $\kappa\alpha\iota\ \epsilon\iota\sigma\iota\eta\mu\alpha$, ita Arabibus $A\phi\alpha\gamma\alpha\ \gamma\alpha\epsilon$, quod Æthiopicum esse $\mu\alpha\ \phi\omega$ & Lyram significare docuit $\mu\alpha\ \phi\omega$ nihil optimus vindex. Aliquando isdem VEGA vocatur: nonnumquam BRINER, cuius vocabuli prior pars $\gamma\gamma$ in serenitatis & splendoris significato inuenitur Iobi 37. v. 11. Partem alteram dubitò an rectè ad puritatem retuleris: $\lambda\alpha\mu\pi\rho\acute{\iota}\varsigma\ \acute{\alpha}\epsilon\tau\eta\epsilon$ vocatur Ptolemæo. Testam. siue $\tau\acute{\omega}\ \chi\epsilon\lambda\alpha\iota\omega\iota$ nescio qua ratione iidem $P\upsilon\pi\iota\lambda\lambda\alpha\ \mu\epsilon\sigma\epsilon\tau\epsilon\tau\epsilon\tau\epsilon\mu$ appellat: nisi fortè quia Orientale vocabulum, quod propriè $\mu\epsilon\sigma\epsilon\tau\epsilon\tau\epsilon\tau\epsilon\mu$ Testam significat, ut Levit. vi, & Isaiæ xxx, nonnumquam pro eximio fulgore, qualis est Solis, margaritæ, pupillæ oculi sumatur. Et ita interpretantur Hebræorum magistri Iobi 41, vers. 20. Arabibus verò propriè pupilla est $\mu\epsilon\sigma\epsilon\tau\epsilon\tau\epsilon\tau\epsilon\mu$ quod ex Græco $\mu\epsilon\sigma\epsilon\tau\epsilon\tau\epsilon\tau\epsilon\mu$ videri possit deductum; id què aliquoties pro fulgore ponunt. Cornua Lyræ quæ sunt ex figurâ clarum est. $\zeta\omega\delta\iota\omega\ \lambda\acute{\upsilon}\rho\epsilon\alpha$ vocat Ptolemæus, quod plerique alij $\zeta\omega\delta\iota\omega$. Homerus:

$\phi\acute{\omicron}\rho\mu\iota\zeta\iota\ \lambda\iota\gamma\epsilon\iota\eta$,

$\kappa\alpha\lambda\acute{\eta}$, $\delta\ \acute{\alpha}\iota\delta\alpha\lambda\epsilon\iota\eta$, $\epsilon\pi\iota\ \delta\ \delta\epsilon\ \zeta\omega\delta\iota\omega\ \zeta\upsilon\gamma\iota\omega\varsigma\ \eta\epsilon\alpha$. Aristoteles: $\acute{\alpha}\iota\delta\alpha\lambda\epsilon\iota\eta\ \sigma\tau\epsilon\rho\epsilon\ \mu\epsilon\tau\ \delta\ \zeta\omega\delta\iota\omega\ \tau\acute{\omega}\ \kappa\acute{\omicron}\delta\alpha\pi\iota\omega\varsigma\ \acute{\alpha}\rho\gamma\alpha\iota\alpha\ \mu\epsilon\tau\ \epsilon\upsilon\ \delta\iota\sigma\tau\epsilon\ \epsilon\pi\iota\ \tau\epsilon\tau\iota\omega\varsigma$. Est ita $\tau\acute{\omega}\ \zeta\omega\delta\iota\omega$ locus ille ubi sunt $\kappa\acute{\omicron}\delta\alpha\pi\iota\omega\varsigma$, quem sinistra tenent fiducines. Elegantem Metaphoram $\acute{\alpha}\rho\gamma\alpha\iota\alpha\ \mu\epsilon\tau\ \epsilon\upsilon\ \delta\iota\sigma\tau\epsilon\ \epsilon\pi\iota\ \tau\epsilon\tau\iota\omega\varsigma$ sumpsit Comicus, cum ait: $\delta\ \acute{\alpha}\rho\gamma\alpha\iota\omega\varsigma\ \delta\lambda\iota\gamma\iota\eta\ \tau\acute{\omega}\ \kappa\acute{\omicron}\delta\alpha\pi\iota\omega\varsigma\ \acute{\alpha}\rho\gamma\alpha\iota\omega\varsigma$ tanquam si dicat: Ita verticillos aliquantum demissimus. Verticillos enim vocant Latini paxillos illos, quibus nervi solent intendi, similis fermè illa Plutarchi $\tau\epsilon\tau\iota\omega\varsigma\ \epsilon\pi\iota\ \tau\epsilon\tau\iota\omega\varsigma\ \epsilon\upsilon\ \delta\iota\sigma\tau\epsilon\ \epsilon\pi\iota\ \tau\epsilon\tau\iota\omega\varsigma$, hoc est $\mu\epsilon\sigma\epsilon\tau\epsilon\tau\epsilon\tau\epsilon\mu$ verticillum. Iugum illud $\tau\epsilon\tau\iota\omega\varsigma\ \epsilon\pi\iota\ \tau\epsilon\tau\iota\omega\varsigma$ Hesycho vocatur, aliis $\tau\epsilon\tau\iota\omega\varsigma$. Sed Anonymo pedes in Lyra aliud significare videntur, quam $\mu\epsilon\sigma\epsilon\tau\epsilon\tau\epsilon\tau\epsilon\mu$ Græcis. Arabibus $\tau\acute{\omega}\ \zeta\omega\delta\iota\omega\ \lambda\acute{\upsilon}\rho\epsilon\alpha$ lancem libra vertunt: Scio quidem $\zeta\omega\delta\iota\omega$ esse libram, id què imponere illis potuisse, sed videris Lector an non ita perperam sit editum pro $\lambda\alpha\mu\pi\rho\acute{\iota}\varsigma\ \lambda\acute{\upsilon}\rho\epsilon\alpha$. Putavit Librarius, quia in Chelis lancem Libræ legerat, hoc & hic substituentium. Sed manifestus est interpretis error, qui neque sic excusatur. Nam lances non sunt $\tau\acute{\omega}\ \zeta\omega\delta\iota\omega\ \lambda\acute{\upsilon}\rho\epsilon\alpha$, sed $\mu\epsilon\sigma\epsilon\tau\epsilon\tau\epsilon\tau\epsilon\mu$, sed $\mu\epsilon\sigma\epsilon\tau\epsilon\tau\epsilon\tau\epsilon\mu$. Stellas Hyginus octo enumerat, Anonymus novem, cuius sententia media inter Timocharem & Hipparchum.

Nam Lyræ stellæ teste Theone $\delta\iota\sigma\tau\epsilon\ \acute{\alpha}\epsilon\tau\eta\epsilon\ \zeta\omega\delta\iota\omega\ \lambda\acute{\upsilon}\rho\epsilon\alpha\ \omega\sigma\tau\epsilon\ \rho\epsilon\delta\iota\tau\epsilon\ \epsilon\iota\sigma\iota\eta\mu\alpha$. Hinc non malè $\chi\epsilon\lambda\alpha\iota\omega\iota$ vocatur Arato. Numerus imaginum Manuscripti cum Hipparcho & Ptolemæo consentit.

CYGNVS.

CYGNVS hic siue Olor dictus, vetustissimis. Hunc plerique Ledæ adulterum fabulantur. Alii in Apollinis honorem ex lo inductum volunt: Hoc duplici de causa existimatum putato, primum quia canorus est: deinde, quia et Cicero alicubi & Virgilius indicant, in auspicijs observatus. Emilius scriptor antiquus: *Cygnus in auspicijs semper lætissimus ales:*

Hunc optant nauta, quia se non mergit in undas.

Ovidius non Cygnum, sed Milvium vocat, nisi Aquilam putes designari, Fast. 111. Plerique hodie autem vocant, quemadmodum & Græci (Hygino teste) cõmuni genere avium $\epsilon\upsilon\ \delta\iota\sigma\tau\epsilon$ appellauerunt. Ita vocat Aratus, & Proclus. Hinc factum ut etiam GALLINA vocetur, quia scilicet $\epsilon\upsilon\ \delta\iota\sigma\tau\epsilon$ Græcis pro Gallinâ sumitur, ut apud Atheneum libro nono Myrtilus testatur. Matthæi quoque 23, versu 37 ubi Græcè est $\epsilon\upsilon\ \delta\iota\sigma\tau\epsilon$, Hieronymus Gallinam transfert. In Syriaco est $\mu\epsilon\sigma\epsilon\tau\epsilon\tau\epsilon\tau\epsilon\mu$.

Hinc est quod apud Arabes Adigege vocetur. In Lexico Medico reperio: DIGEGI, Arabicè, id est Gallina. Addito articulo sic

$\mu\epsilon\sigma\epsilon\tau\epsilon\tau\epsilon\tau\epsilon\mu$ Adigege, vel Adigege. Vocatur præterea Arabibus, $\mu\epsilon\sigma\epsilon\tau\epsilon\tau\epsilon\tau\epsilon\mu$ Hircyrum, stella $\epsilon\upsilon\ \delta\iota\sigma\tau\epsilon$.

hæ celebrantur.

- 1 In ore.
- 2 Sequens in capite.
- 3 In medio collo.
- 4 In pedore.
- 5 In caudâ lucida.
- 6 $\epsilon\upsilon\ \delta\iota\sigma\tau\epsilon$ id est cubito apud alam dextram.
- 7 Australis trium in volâ alæ dextræ.
- 8 Media earum.
- 9 Septentrionalis, in extremâ alâ dextræ.
- 10 $\epsilon\upsilon\ \delta\iota\sigma\tau\epsilon$ alæ sinistrae.
- 11 Septentrionalior hæc in mediâ alâ dextræ.
- 22 In extremitate volæ alæ sinistrae.
- 13 In pede sinistri.
- 14 In genu sinistro.
- 15 Prior in pede dextro superioris.
- 16 Posterior.
- 17 $\mu\epsilon\sigma\epsilon\tau\epsilon\tau\epsilon\tau\epsilon\mu$ in genu dextro.
- 18 Australior sub alâ sinistra extra formam.
- 19 Septentrionalior ibidem.

Sunt itaque omnino 19. Prima, rostrum Gallinæ, vocatur. Secundam Sphæræ

Sphæra in initio colli collocant. Ea quæ in caudâ est vocatur Deneb. Adigege. caudâ Gal- lia. Lexicon medicum. Deneb, Cauda. He- braei dicunt. Hinc Denebela sit, cauda Leo- nis, & Denebalgedi, cauda Capri. Eadem Aridea vocatur. Id interpretantur, redolens vt Liliu; Scaliger ex Lexico suo docuit florem esse, rosæ similem. Ridendum nomen. Volam auis cum Isidoro voco, quod alij pectinem, & Tabulæ Decimam alæ: & Te- ois. Nam Teois pars est & Teois. Hinc vo- late dictum. Teois vocat Ptolemæus, id quod in homine est cubitus. Vocabulum Græcum etiam ad bestias pertinet, ita vt in Hippiatricis equinorum genuum flexuræ ita appellentur: quin & ad inanima refertur, nam & Teois ita vocantur, & in Lyrâ, ea quæ Ptole- mæus Teois appellat, quia sustinent eam par- tem quæ simili Metaphorâ Teois vocatur, Hy- ginus habet stellas xii: & totidem leguntur in summa Anchyri: sed legendum xiv.

AQUARIUS.

Id Teois Græcis, Aquarius Latinis, & Fu- sor aquæ. Arabes id Teois idem esse putarunt, quod id Teois. Verunt enim Edaleu. Est autem Teois Hebræis Adaleu. Atabibus Sula, & Adaleu, de qua & Adaleu. In fabulis est Deucalion, Ganymedes, Arillus, Cecrops. Aquarium dici certum est, quia in eius sidere est stellatum series Aquæ similis. Et eadem ra- tione in Codice Iustiniano si id Teois Serui Aquarii vocantur. Veterum multi ideo sic appellatum putant, quod imbres afferat. Germanicus:

Qui fundit latices calo quoq; permouet imbres Idem alibi:

Horridus ut gelidos portendit Aquarius im- bres.

Mald vulgo ignes. Et alibi:

Hæc eade fundens prædicis Aquarius imbrem

Anonymus: Porro Aquarius nomen accepisse dicitur, quod eius exortu imbres plurimi fiunt.

Isidorus: Porro Aquarium est Pisces ab Imbre- bus temporum vocauerunt, quod hyeme, quando in his signis Sol veretur, maiores pluuia profun- duntur. Aquarii stellæ hæc sunt:

1. Quæ est super caput Aquarii.
2. Lucidior duarum in humero dextro.
3. Minus lucida earum ibidem.
4. In humero sinistro.
5. In dorso apud axillam.
6. Sequens trium in vestimento apud ma- num sinistram.
7. Media trium.
8. Antecedens earum.

9. In brachio dextro.
10. Septentrionalis trium in extrema manu.
11. Prior duarum reliquarum.
12. Posterior.
13. Prior duarum in vertibulo fe- minis dextri.
14. Posterior ibidem.
15. In femore dextro.
16. Australior duarum in femore læuo.
17. Septentrionalior earum.
18. Australior in crure dextro.
19. Septentrionalior, & est in poplite.
20. In extremo sinistri femoris.
21. Australior in tibiâ sinistra.
22. Septentrionalior, & est sub genu.
23. Prima in aquæ flexu.
24. Sequens hæc australior.
25. Sequens etiam hæc post flexum.
26. Sequens & hæc.
27. In flexu sequenti, australior.
28. Borealior duarum adhuc Australiorum.
29. Australior.
30. Solitaria, hæc Australior.
31. Duarum coniguarum post hæc prior.
32. Posterior.
33. Septentrionalis trium in nouo flexu.
34. Media.
35. Sequens earum.
36. Borealis trium similiter sequentium.
37. Media.
38. Australis earum.
39. Præcedens trium in residuo flexu aquæ.
40. Reliquarum australior.
41. Septentrionalior earum.
42. Ultima sequens hæc in ore Piscis Notij.
43. Antecedens trium extra formam sequen- tium fusionem Aquæ.
44. Reliquarum Septentrionalior.
45. Australior earum.

Sunt omnes simul 45.

Vestimentum illud ipse est Teois, de quo infra in Quo- nis signo. In Sphæra id admodum inepte pin- gitur. Teois concavitas coxæ est in quo femo- ris caput vertitur, quanquam abusu etiam pro quouis ossium sinu ponatur. Idem Teois vocatur, quod exponunt Teois. Sed hæc distinguit Ptolemæus. Pyxidem vocant alij, & femoris vertebra nonnulli. Sunt & qui Anchem vocet. Decima Seat Arabibus: Id brachium significat vt alibi.

brachij equi. Pro- Teois, Teois lemæus nullas stellas ponit in vase illo ex quo aqua funditur, quæ Teois vocatur, quæ in Teois Proclo dissentit qui quatuor collocat. Theon in loco Teois vocat. Quin & hoc præ- tereun-

circundum non est, pictum fuisse hoc vasculum cum longo collo, coque angusto, quali formam erant apud veteres, gutturnia, Bombylij, Baulia, Nimbi vitrei, & similia quæ *τενωτάχyla* appellantur. Hinc factum ut apud nonnullos collum gutturnij locum illum occuparet, quem apud nos prima stellæ *Γιδυα*, aded ut ipsi effusioni vix sex stellæ essent reliquæ. Theon: *ὁ ὑδάτης ἐξ ἐξυπέρ ὑδραίων ἰσὶ ἀστέραν, ἀφ' ἧς ποικίλον ἐξ καὶ ἀστέρες φέρον ὑδάτων χύον δαυμύδρα.* Aratus & Proclus effusionem illam *ὑδρ* vocant, alij *ἑνχρησι*. Sed nec hoc tacendum nonnullos duplicem effusionem constituisse: Ait enim Anonymus: *Effusio aqua, dextrâ laum, sit stellis xxxi.* Sed hoc ided accidit, quia Aratus dixit *χύον ὑδάτες ἕνθα, καὶ ἕνθα, καὶ παίδραπύρα*, quod tamen non eâ mente dixit Solensis sed ob multas conuersiones quas Ptolemæus *ἐπιποφεύς*, Theon *καμπύς* appellat. Scribit autem Anonymus Aquarij stellæ esse xviii, Aquæ solius xxxi. Sed hac in parte omnino non conuenit cum Hygino, quod vix alibi reperias. Is enim scribit: *Effusio aqua cum aquario ipso est stellarum triginta.* Sed si rectè perspicias parum discrepant: nam illi non annumeratur Aquarius, sed Aquarium, ἡ κἀλήθη. Si ita intelligas omnia clara. In illo Tullij loco:

Ha tenues stella perhibentur nomine aquari
 Veteres omnes habent *Aquari*. Non malè: nam *Vrnam*, siue *ἑλὸ κελυπίδα* Aquarium neutro genere vocant, ut Iuriscōsulti *Aquimarianum*. Hoc inuenitur apud Pomponium, & Ulpianum: In Pauli responso l. 3. de supel. leg. *perperam aquiminalia* scribitur liquidâ mutata. Alias aquarium est *ὑδραγωγίον*, ut in Glossario: & nonnunquam pro latrinâ, siue cloacâ sumitur. In ipsâ aqua duæ nominantur illustiores Arato, Anonymo, & Hygino: Hâterum altera est ea, quæ in formâ nouissima est *ἡ ἀμφοτέρις ποῖν ὑδραγωγίου* Arato. Alteram Hyginus vocat primam effusionis. Quod quomodo intelligam nō sat scio, nisi eam quæ nobis in cubito dextro est, aq̄e annumerarit. Aratus suam illam claram alteram collocat *ἡ ἀμφοτέρις*: quod verum esse non potest: nam quinque sunt stellæ omnes quintæ formæ magnitudinis quæ solæ Ceti caudam spectant, nisi aliquam ex informibus illis, quæ inter fusionem, & Ceti caudam sunt intellexerit: quod fieri potest. Sed nouissima illa, quæ sub pedibus est Aquarij, in fine aquæ Arabibus *Fvma* hant vocatur. Legendum docuit ante nos vir Clarissimus Ios. Scaliger *Fvma* hant

quo in verbo *ἤ* Hebræorum in *Vau* mutatum est. Nam Hebræis est *פמאחות* os, quod reperias i. Sam. cap. 13. v. 21. & alibi nonnunquam. Singilis fuit prior

illa mutatio *ἤ* in *דלו* Est itaque *Fvma* hant os *Piscis*: Nam *Hant*, rios *Piscem* significat, quanquam Medicis Arabibus *Samch*, *Piscis* vocetur. Est autem hæc

*Stella in ore Piscis Notij qui Hygino perhibetur, ore excipiens aquam, qua funditur ab Aquario. Idem alibi: Effusio aqua peruenit ad eum Piscem qui solitarii figuratur. Hoc veteres nonnulli perperam de Pisce ex duobus australiori qui similiter vocatur *ἡδ* intellexerunt. Manilius:*

Piscibus assuetas anidè subeuntibus undas.
 Idem: — *Et effuso gaudentes aquore Pisces*
 Sed multo manifestior error Auiceni, quem nos à librariorum erroribus eleganter liberauimus:

Quorum alius rigidâ consurgit in aëra forma Celsior, Et Boream propior subis: alter aquarum,

Troicus haurit aquas funditq̄, ubi Ephesus ab vrna,

Pondè auisus inces in Notialia nubila pronus.
 Clarum est illum de Pisce Australi *ἡδ* intellexisse, quod de solitario Australi, qui Magnus appellatur, erat intelligendum.

CAPRICORNVS.

Aryénpas Græcis, Capricornus Romanis dicitur: In fabulis Pan, siue *Ægipan*. Arabibus *Algedi* vocatur signficat: Nam *الجدى* & Hebræis *ἡ* significat Caprum, *Capellam*, Hæcudum, quanquam Hebræorum nonnulli etiam agnum exponunt, ut præter alios *Dauid Kimhi*, Caprum pro Capricorno etiam *Manilius* dixit. Quia Sol cum in hoc sidere est, orbis parti celebriori hyemem facit, ided Capricornus semper fermè apud Poetas Latinos gelidi epithero insignitur, ut & apud Nonnum *ἀψυδης* vocatur. Est autem Capricornus *Caper* benè cornutus, sed cuius pars posterior *Pisces* referat. Ait Hyginus *huius inferiorem partem Piscis esse formationem.* Et Anonymus eum refert, *Piscem cauda notatum*: quibus consentit *Theon*. *Isidorus*: *Capricorni figuram inter sidera finxerunt, propter Capram Iouis nutricem: cuius posteriorum partem corporis in effigie Piscis ided finxerunt, ut pluuias eiusdem temporis designarent.* Hinc Capricornum ait *Manilius* constare ex diuerso commissis corpore membris, *Stellæ eius sunt hæc.*

- 1 Septentrionalis trium in cornu sequente. 3
 - 2 Media earum. 6
 - 3 Australis trium. 3
 - 4 In acumine cornu prioris. 6
 - 5 Australis trium *ἐν τῷ βύθῳ.* 6
- 6 Prior

- 6 Prior duarum reliquarum.
- 7 Posterior earum.
- 8 Præcedens has sub oculo dextro.
- 9 Septentrionalior duarum in collo.
- 10 Australior earum.
- 11 Sub dextro geniculo.
- 12 In genu sinistro flexo.
- 13 Sub armo dextro.
- 14 Prior duarum contiguarum sub ventre.
- 15 Posterior earum.
- 16 Ultima trium in medio corpore.
- 17 Australior duarum priorum.
- 18 Septentrionalior earum.
- 19 Prior duarum quæ in dorso.
- 20 Posterior earum.
- 21 Prior duarum in spina australi apud caudam.
- 22 Posterior earum.
- 23 Prior duarum *ἐν τῷ παρεύρη.*
- 24 Posterior earum.
- 25 Prima quatuor quæ sunt in parte Septentrionali apud caudam.
- 26 Australis trium reliquarum.
- 27 Media earum.
- 28 Septentrionalis earum in extremâ caudâ.

Sunt itaque 28.

Octava in plerisque tabulis malè vocatur, præcedens trium in oculo dextro, cum in oculo dextro stella sit vnica: Est itaque præcedens tres de quibus facta mentio ipsa in oculo locata. Similes errores & alibi reperias. In Ptolemæi translationibus vigesima prima, & vigesima secunda, perperam confunduntur cum duabus sequentibus. Nos rectè emendauimus. Hyginus stellas habet viginti, Anonymus addit duas: sed in eius summâ perperam xxvi legitur, pro xxii. Vigesima tertia stella Arabibus vocatur

Deneb Algedi, hoc est

ذنب الجدي

Hebraicè *קַדְוִי* Cauda Capricorni.

SAGITTARIUS.

Ταξάνης, siue *ῥύτις ῥόξυ*, Sagittarius. Sagittipotens, Arcitenens, Centaurus vocatur. Huius nomen proprium Croton, siue vt alibi legitur, Crotus. Ita appellatur vel maxime ad distinctionem alterius Centauri qui Chiron vocatur. Sed tamen & hunc à nonnullis Chirona vocari ostendimus. Arabibus vocati testatur Scaliger

Elkuschu: Hoc arcum signifi- *القوس* cat. Hebraicū est vnde fit *שַׁקִּי* Sagittarius. Arcum dixerunt *שַׁקִּי* Arabes, vt

Aratus sæpe *ῥόξος ἄντι ῥόξος* vt alibi ostendimus. Est autem Centaurus vt ex Manilio, Arato, Mythologicis, aliisque patet homo equo

- 6 commistus. Partem humanam Aratus, sed in Chirone; appellat *τὴ ἀνδρὶ κοινὴ*, equinam *τὴ ἵππεύειν*. Nunc stellas habe.
- 1 In acumine sagittæ.
- 2 In manubrio apud læuam manum.
- 3 In australi parte arcus.
- 4 Australior duarum in Septentrionali arcus parte.
- 5 Septentrionalior in extremo arcu.
- 6 In humero sinistro.
- 7 Prior hac in Sagitta.
- 8 In oculo nebulosa duplex. **Nc.**
- 9 Prima trium in capite.
- 10 Media.
- 11 Vltima.
- 12 Australis trium *ἐν ἰφαντῖδι βορείῳ.*
- 13 Media earum.
- 14 Septentrionalis earum.
- 15 Obscura sequens has tres.
- 16 Septentrionalis duarū *ἐν ἰφαντῖδι νοτίῳ.*
- 17 Australior earum.
- 18 In humero dextro.
- 19 In cubito dextro.
- 20 Trium quæ in dorso illa quæ in interscapilio.
- 21 Media *ἐν τῷ ὠμῶν ἀέτη.*
- 22 Tertia; sub axillâ læuâ.
- 23 In sinistro *ῥοξῶ* antecedenti.
- 24 In genu eiusdem pedis.
- 25 In *ῥοξῶ* dextro antecedenti.
- 26 In femore sinistro.
- 27 In brachio dextro posteriore.
- 28 Prior lateris septentrionalis quatuor, quæ apud caudam.
- 29 Sequens ibidem.
- 30 Prior in latere australi.
- 31 Posterior ibidem.

Sunt itaque 31.

EXTRA FORMAM.

- 1 Extra ambitum australem Coronæ.
- 2 Eam sequens, & est in Coronâ.
- 3 Hanc sequens.
- 4 Sequens adhuc istam.
- 5 Post hanc ante Sagittarij genu.
- 6 Sequens hanc, & est Septentrionalior lucida in genu.
- 7 Septentrionalior hac.
- 8 Adhuc Septentrionalior.
- 9 Posterior duarum priorum in ambitu Septentrionali.
- 10 Prior harum.
- 11 Antecedens multum.
- 12 Etiam hanc antecedens.
- 13 Vltima, & Australissima.

Sunt tredecim.

Prima est in sagittæ acumine, quod Græcis *ἀκίς* & *δοξῆ* dicitur; Auctores tabularum perperam

peram hastulam interpretantur. Quamquam enim λογχή hastam plerumque significet, sumitur tamen etiam, ut Pollux docet pro αἰχμή. Est verò αἰχμή proprie cuspis spiculi, ἢ ἀκμή, ἐπιδρωτῆς, κούδων, τόνος. Duodecima cum sequentibus designatur ἐν τῇ ἰσπανίᾳ: Id multi perperam contactum vertunt, ut illustrissimus Scaliger ostendit, alij nihilo melius interscapillum, cum sit ἰσπανίς iniectum quoddam superhumeralis ad manus perveniens, nisi in tergum reiceretur. Huius figuram non malam in Manuscripti imaginibus habes, nisi si ex iusto forte breuior. Sed sciendum in iis mensuræ proportionem non satis servatas, cum in hac ipsa Sagittarij imagine, nervus arcu multo sit grandior, quod & contra naturam est, & regulis Mathematicis repugnat, quæ περὶ τῆς κατὰ φύσιν traduntur. Ait περὶ ἰσπανίᾳ Pollux, ἢ ἐστὶ σὺν ἀκμῆναι ἢ φαντασίᾳ, ἢ πορροῦν, ἢ ὡς ἔχει ἔξω αἰ πολεμῆντες, ἢ οἱ ἰσπανίς. Vsitatum vides militibus & venatoribus. Hunc verò Sagittarium studio venationis exercitum ex Solitheo docent Anonymus, & Hyginus. Alia etiam ratio reddi potest, quia hic est ἰσπανίς, ut & eum nominat Aratus: De equitibus verò ait Athenæus: πάντες δὲ αἰσπερῆδοι ἔχον πορροῦς ἰσπανίδας, ποδοὶ δὲ καὶ ἀκμῆναι, & τῶνας: Hoc est: præfati verò omnes habuere purpurea paludamenta, nonnulli verò etiam denudata, ἢ belluata. Est itaque ἰσπανίς vestimentum quale diximus, & purpurei coloris, militibus & venatoribus vsitatum. In Tabulis hoc in sidere sæpè erratum, ut cum antecedentem cavillæ dextræ, vel sinistrae dicant, vbi antecederem cavillam dextram dicere satius fuisset: Non enim Ptolemæus priorem, aut posteriorem pedis, vel tali partem designat, sed quia Sagittarius quatuor habet crura (de quo tamen inter veteres non satis convenit) oportuit singula duplici nomine insigniri, & pedem priorem dextrum, vel sinistrum ἢ ἀσπερδῶν δὲ ἔξω, ἢ λαίον, iterumque posteriorem laevum vel dextrum dicere. Tēs ἀσπερδῶν (ut Aratus loquitur) Cicero eleganti vocabulo alibi Antepedes vocat, posteriorem Arato ἰσπανίς dici solent. Eadem Tabulæ temerariâ confusione, quem armum dicere debuissent, brachium vocant. Sunt Sagittario in parte humana humeri, sunt in equinâ armu, quos sanè vel stellarum ratione habitâ confundi nequam oportuit. Adiunximus Sagittario Coronam quæ Sagittarij vocatur, siue Australis ad Ariadnæ differentiam. Hæc ante pedes eius iacere fingitur, tanquam abiecta, ut vult Hyginus. Solebant enim Centauro, Silenti, Sattyri, cum coronis pingi. Hyginum explicant illa Vergilij:

Silenum pueri somno videre iacentem,

Hæsterno inflatum venas, ut semper, Iaccho, Serta præcul tantum capiti delapsa iacobant. Coronæ huius duo sunt ambitus, seu semicirculi, βέρη, & νότος: alij arcus vocant. Sed nos hoc nomē fugimus, quia in Sagittario, cui alius arcus attribuitur, versabamur, ne confusionem pareret nominum similitudo. De hac coronâ Theon: εἰσὶ δὲ ἄλλοι ὀρθίως ἐφεστῆ- ἐστὶ ἐν κούδων ἀσπερδῶν, ἢ τῆς νεωτέρου τοῦ ἐργασίου καλῶς, οἱ δὲ νότον εἰσφῶσαν. ἔξω δὲ ἀπὸ τοῦ οἱ δὲ ἀσπερδῶν (Fortè ἀσπερδῶν) φανῶν, οἱ δὲ ἰσπανί- ἢ ἀκμῆναι. Et Proclus: νότον εἰσφῶσαν ἢ νότον ἐργασίου ἀσπερδῶν, κούδων καὶ ἰσπανίς. Vocatur itaque corona hæc Sagittarij, siue australis Rota Ixionis: Itemque κούδων ἰδὸν ut puto quod in Legationibus, καὶ ἰσπανίς coronæ vsitarentur. Οὐ γὰρ ἰσπανίς præterea vocatur, quia stellæ rotundam præferunt figuram, & ut vult Aratus:

Ἄνω δὲ κούδων ἀσπερδῶν εἰλετοῦν. Latine hanc vocem transferre si velis, melius haud poteris, quàm si cum Capellâ calulum voces, quem hæc in parte olim non satis intelleximus: Sed iam tam non malè odorati sumus pessimè Glossas Thuribulum exponere, tum quod sequatur Ara, quæ eadem cum Thuribulo, tum quod nulla esset ratio cur ita Ara vocaretur. Nunc itaque locus ille clarus, cuius interpretationem, si tanti erit, amice Lector non grauaberis ascribere. Septem stellas Coronæ ascribit Hyginus, & Anonymus hoc in loco non carens mendo, aut imperitis Glossematis. Theon stellas coronæ facit XIX. Hygino & Anonymo Sagittarius XV habet stellas.

SAGITTA.

Οἶδος Græcis, iaculum, telum, Sagitta Latine nuncupatur. Arabibus, ut docet Scaliger Idem docuit nomen illud Alahance, quod in Tabulis est scribi debere & coniecit ex Ḥebraico deriuatum. In iisdem tabulis I S T V S C vocatur, quod quid sit nescio: Imò si benè consideres est Græcum ἰσός. Scriptum enim fuit Arabicè

ايسستوش aut ايسستوس

Nam Scin, & Sin Arabes sæpè confundunt. In libro Astronomico, qui Principium Sapientiæ vocatur & Aben Are, seu Aben Ezræ inscribitur, bis inuenio telū Mysator vocari: Hoc Hebraeo ex fonte ut descēdat fieri vix potest: Nam מיתור Latibulum significat, quod huc non pertinet: nisi sit מיתור vestis, Fossorium, quod magnus ille Scaliger mihi indicauit. Est

autem alia hæc Sagittâ ab eâ quæ Sagittario tribuitur, vocaturque *ἀνὸς ἀνὸς τὴν*, & *μισσορε. vacans* Ciceroni. Malè igitur Sagittæ huius fabula in Anonymi codicibus Sagittario annectitur, post Aquilæ signum eodem verbis ferè repetita. Malè etiam Anonymi ne ipsius an Glossatorum vitio nescio, dicitur ab Aquilæ pedibus teneri, quod falsum; cum re, & Hygino teste Sagitta super Aquilæ signum sit posita. Errori nisi fallor ansam dedit Germanicus, qui ita transtulit:

*Est etiam, incertum quo cornu missa, Sagitta,
Quam seruat Iouis ales:*

Rectè: Seruat enim quia propinqua est: Vnde Aratus *ἄλλοθεν ἴσι*, &c. Sed homines insulsi, quia Germanicus dixit seruari telum ab Aquilâ, & ipsi in picturis videbant illud vsitatum, vt telum fulmineum Aquilæ vnguibus imponeretur, hoc ipsum huc traxerunt, parum pensi habentes, quid vel Germanicus senserit, vel res postulet. Sagittæ Stellæ sunt hæc.

- | | | |
|---|----------------------------|---|
| 1 | In acumine sagittæ. | 4 |
| 2 | Sequens trium in arundine. | 6 |
| 3 | Media earum. | 5 |
| 4 | Prima earum. | 5 |
| 5 | In ipsa crenâ. | 5 |

Sunt omninò quinque.

Prima est, in eo loco vbi ferrum affigitur, *ἐν τῇ ἀκίδι*, *ἐν τῇ λοφῆ*, quod & hic perperam Tabulæ hastulam vertunt. Tu acumen voca. Ità appellat Hyginus, pro quo perperam in plerisque codicibus *cacumen* legitur. Reliquæ duæ sunt in arundine, siue cannâ: Nam vetustissimas Sagittas ex cannâ fuisse docent Poëtæ, qui sexcēties pro sagittâ arundinem dicunt. Postea ex ligno id fieri solitum, vnde eas stellas quas in arundine Ptolemæus, Hyginus in materiâ collocat. Vnam earum quæ in arundine locantur, quia magis in Septentrionem vergit, non ineptè cum Anonymo in pennâ teli collocaris. Vltima est in crenâ: hoc est *ἐν τῇ γλοφίδι*. Est autem *γλοφίς* Græcis Scholiastis *ἢ ἐν τῇ βέλῳ*, *ἢ ἐν τῇ βέλῳ* ἢ *βέλῳ*. Itali etiamnum Græcum nomen seruari videntur, sed *ἐν τῇ βέλῳ*: Appellant enim *triglypho*. Stellas quatuor Hyginus enumerat, & totidem Auienus.

AQUILA.

Aeris aquila, Arabum interpretibus *Alcair* vocatur. Sol ille nostri sæculi legendum docuit *Altair* الطير. Vulgò Vulturè volantem à similitudine appellant. Habet enim vultur multum cū Aquilâ similitudinis. In Mappâ dicitur *عقاب* Hoc idem Heros docuit Equuleum, siue *βασιλευς* significare, quod nihil huc pertinere benè est arbitratus. Fonte hoc ad Lyram, quæ Aquilæ

propinqua est, pertinet, quæ alio nomine *Fidicula* dicitur, quod vt facillè inducar. Arabes perperam pro cruciatus, seu tormenti genere capisse, facit, quòd Manilius multo Arabibus in linguâ Latinâ doctior, hæc in re eodem errore foedè sit hallucinatus. Aquila hæc in fabulis Iouis ales vocatur: Itemq. Ganymedis raptrix: De cæteris vide Hyginum. Sequitur stellarum ordo.

- | | | |
|----|--|---|
| 1 | In medio capitis. | 2 |
| 2 | Præcedens hanc, super collum. | 3 |
| 3 | Lucida in intercapilio. | 2 |
| 4 | Propinqua huic ad Septentrionem. | 3 |
| 5 | Prior duatum, in armo læuo. | 3 |
| 6 | Posterior earum. | 5 |
| 7 | Prior duarum in dextro armo | 5 |
| 8 | Posterior earum. | 5 |
| 9 | Apud caudam, tangens Lacteum. | 3 |
| 10 | Prior duarum in formium Australiorum capite Aquilæ. | 3 |
| 11 | Posterior earum. | 3 |
| 12 | Occidentalior paulò, & Australior ab armo dextro Aquilæ. | 4 |
| 13 | Australior istâ. | 3 |
| 14 | Australior etiam hæc. | 5 |
| 15 | Remotissima omnium. | 3 |

Sunt simul quindecim.

Tertia *ἢ ἐξελιά* Aquila vocatur, *ἢ ἀνὸς ἀνὸς τῷ ζῳδίῳ*, vt lucida in Lyrà, Lyra: in Gallinâ, Gallinâ appellatur. Hanc stellam antiquissimi mihi non videntur obseruasse. Hyginus enim quatuor stellas refert in capite, in alis, in caudâ. Anonymus easdem, nisi quod vltimam collocat in pectore eamque obscuram appellat. Et Germanicus de Aquilâ ait: *habes miracula nulla*, quanquam tutius Aratus *ἢ τὸς* *ἢ μεγέθη*. Verius enim est paucas stellas esse in Aquilâ, quàm si dicas omnes esse obscuras. Ex sex informibus quidam Antinous nouum sidus construat: hoc pacto, vt decima sit in cubito, vndecima in manu, duodecima in cubito altero, qui est dexter, decima tertia in latere dextro, penultima in femore læuo, vltima in pede dextro. Huius fabula, vt veteribus oranibus meritò fuit incognita, ita etiamnum ignoratur. Turrem habet. Erat Antinous puer eximie formæ ex Claudiopoli Bithyniæ vrbe, Adriano Cæsari in delitiis. Hic cum in Agyptiaco itinere voluntariâ (vt nonnulli volunt) morte, quia opus deuotâ animâ esse dicebatur, occubisset, ab imperatore muliebriter est defletus, vt Spartianus refert: qui ei mortuo honores plusquam humanos exhibuit. Ex eius nomine urbem apud Nilum condidit, templum ei cum arâ apud Mantineam extruxit, & inter Diuos referri iussit. Imaginem quoque eius in numismatis curauit exprimendam. Postremo stellas hæc coniunctas figura vacantes

Cononeum in morem tanquam illius figuram representantes publicè demonstrant. Rude viri Principis stultitiam, ne quid dicam grauius.

DELPHIN.

Δελφίς, à δελφίν, Delphin siue Delphinus, Arabibus Græcū seruat, nomen In Fabulis vocatur Amphitrites vector: Item Arionis, à nōnullis. Hermippus dixit in Apollinis honorem esse in astra relatum, quod tacent Hyginus, & Anonymus. Delphin μουσικόν ζώδιον, Musicum animal vocatur, vt & Plinius monstrat. Nugatur Scholiastes Anonymus, qui hoc ipsum male intelligens, Musicum signum ob nouenarium stellarum numerum vocari testatur. Pingi debet Delphin ore infra rostrum pænè sub medio ventre posito, & simis naribus, vnde à nauis Simonem vocari testatur Plinius. Spinam non habere, sed ossa, itemque fistulam non in fronte, vt balenæ, sed in dorso testis est Aristoteles. Dorsum ipsum repandum est. Hæc scire iis conducet, qui ex rei veritate, & auctorum veterum testimonio has figuras exprimere malunt quam (quod hodie plerique faciunt) somniis nouis vetera omnia corrumpere. Stellas has habet.

- 1 Prima trium in caudâ. 3
- 2 Reliquarum duarum Septentrionalior. 4
- 3 Australior earum. 4
- 4 Australior lateris præcedentis & πρῶτη καὶ δευτέρα πομπῶδες. 3
- 5 Septentrionalior eius lateris. 3
- 6 Australior lateris sequentis. 3
- 7 Septentrionalior eiusdem lateris. 3
- 8 Australis trium inter quadrilaterum, & caudam. 6
- 9 Prior duarum Septentrionalium. 6
- 10 Posterior. 6

Sunt omnino decem.

Ita Ptolemæus, cuius sententiam aut non assequuntur, aut nō vt decet sequuntur Sphærarum auctores, qui mihi videntur cum Hygino Delphini caudam ibi locare vbi Ptolemæus caput. Hyginus in numero nobiscum conuenit. Anonymus nouem habet, in quo mendum est: Legitur enim in folio duas pro in collo duas. Illæ sunt stellæ quas Hyginus ad ceruicem collocat. Quatuor illas quæ τὰ πομπῶδες constituunt, demonstrat Aratus:

Τὰ δ' αἰ πρὸ τῆς ἀσπὸς αἰῶν
Ἰνδία, πρὸς τὸν ἀσπὸς αἰῶν πρὸς τὸν ἀσπὸς αἰῶν
Vbi Theon: τὸν δ' αἰ πρὸς τῆς ἀσπὸς αἰῶν
Merito hoc loco crucient Lectorem Tabulæ Alphonsinæ in quibus legitur in quadrilatero simili lumbi: Legendum simili lumbi.

ORION.

Ὠρίων, siue ἀσπίων, Orion, Hyriades πρὸς ἀσπίων. Aliis Arion vocatur. Arabes Sublimatum vocant. Sed hoc Hydræ proprium Arabicum est. Hebraicè id insanientem si- gnificaret, à radice yaw Hinc fit yawp Furiosus, cuius vocis literam Heemanticam si abijcias erit sugia, & cum Arabico articulo Asugia. Interpretes Audacem transferunt. Vocant & Genze. Hoc Arabibus (vt in Lexico Medico inuenio) Nucē significat: Hinc fit Genzazguar quod Castaneam illis significat, tanquam nucem minorem dicas.

حوزة اصغر

Hebraica origo est נָחַב abiecto Aleph. Si rationem quaris ingenuè dicam me nescire, nisi Latinum nomen expresserint. Audi Festum: *Iugula stella, Orion, quod amplior sit ceteris, quasi Nux inglans.* Aliam tamen rationem adducit eius nominis Varro, aliamque iterum Isidorus, cuius verba in Anonymi codicibus inuenies transcripta. Hæ sunt eius stellæ.

- 1 Nebulosa in capite Orionis. Neb. 1
- 2 Lucida in humero dextro. 2
- 3 In humero sinistro. 4
- 4 Sequens quæ sub istâ. 4
- 5 In cubito dextro. 6
- 6 In brachio dextro. 4
- 7 Sequens lateris australis quadrilateri in manu dextrâ & duplex. 6
- 8 Antecedens eius lateris. 4
- 9 Sequens lateris Septentrionalis. 6
- 10 Antecedens eius lateris. 6
- 11 Prior duarum in clauâ. 5
- 12 Posterior earum. 5
- 13 Vltima quatuor quæ sunt in lineâ rectâ super dorsum. 4
- 14 Antecedens hanc. 6
- 15 Antecedens etiam hanc. 6
- 16 Prima omnium. 5
- 17 Septentrionalissima eὐρύ δεξιὰ apud manum sinistram. 4
- 18 Secunda post illam. 4
- 19 Tertia. 4
- 20 Quarta. 4
- 21 Quinta. 4
- 22 Sexta. 3
- 23 Septima. 3
- 24 Octaua. 3
- 25 Reliqua & vltima ibidem. 3
- 26 Prima trium in baltheo. 2
- 27 Media. 2
- 28 Vltima ibidem. 2
- 29 Apud machære capulum. 3
- 30 Septentrionalis trium continuarum in ensis extremo. 4
- 31 Media. 3

- 31 Media.
- 32 Australis earum.
- 33 Posterior sub ensis extremo.
- 34 Prior ibidem.
- 35 Lucida in pede extremo sinistro.
- 36 Septentrionalior hâc in talo.
- 37 Extrâ calcaneum sinistrum.
- 38 Apud genu dextrum.

- 3 vt Tabularum auctores verterint in contrariis
- 3 manus sinistra. Alij clypeum effixerunt, quem
- 4 etiam in imaginibus Hygini ante. annos centum
- 4 demptis duodecim impressis, videre est effictum.
- 1 Anonymus hoc ipsum mantile appellat.
- 4 Sciendum est, Mantile, Mantele, Mantellum,
- 4 Mantelium, (omnia enim ista rectè dici ostendemus)
- 3 duplici significatione dici. Modo enim id designant,

Sunt simul 38.

Secunda vocatur Bed Elgeuze. Fortè erit *Bed Elgeuze*, Lucida Orionis. Nam $\eta\beta$ Hebræis pupillam significat. Et concurrunt hâc in re tres linguæ principes. Nam vt Hebræis $\eta\beta$ & puellam, & oculi pupillam significat, ita $\alpha\beta\gamma$ Græcis, & Pupilla Latinis. Dicebant enim veteres Latini Pupum, & Pupam. Varro; Tithono :

Et mamma lactis surgentem pascere Pupum. Inde factum est *pupulus*, & *pupula* : Et deinde *pupillus*, *pupilla*, vt *Puera*, *puella*, *puellula*. Pupillam verò pro lucidâ dicunt Arabes, vt Aratus $\gamma\lambda\lambda\omega\sigma$. Nam $\gamma\lambda\lambda\omega\sigma$, & $\gamma\lambda\lambda\omega$ est pupilla, quod Poëta pro lucida stellâ posuit. Ita Arabes dixerunt. (vt Scaliger obseruat)

Sertum pupille, pro Lucidâ coronæ. Et simili fortè ratione, lucidam Lyrae pupillam vocant. Et hoc quidem esset verisimile, sed, vt alibi ostendimus, Arabes pupillam non ira, sed القرة appellant. Tertiam Bellatricem القرة nuncupant. Sed sine dubio ipse Orion Bellator vocatur, & hoc nomen huc القرة القرة القرة vt multa alia translatum. Quarta est sub tertiâ, non vt perperam indicant Alphonsinae Tabulae sub duobus præcedentibus. Vndecima cum sequenti, est in clauâ Orionis, quam القرة vocat Aratus :

Καρτερός ὄρεων σβῶν ἐπέκρησε καρτιάη. Affinia sunt καρτιάη , λαγωβόλον , ρόπαλον , βάκρον , claua, pedum, partim bubulcis, partim venatoribus vsitata. καρτιάη & καλαύρα alibi diximus : Hoc loco apud Ptolemæum, vocene, an lectione corrupta legitur καλαύρα . Sanè Hesychius καλαύρα dici ostendit, quod proximè accedit. In Tabulis Alphonsinis hoc loco leges : *qua sunt in figurâ pineali*. Exprimere voluerunt auctores Græcum, καλαύρα . Nam baculi illi præterquàm quod incurui essent (vt Festus, & ij qui ad Virgilium scribunt de voce PED. docent, & Manuscripti figura exprimit) hoc quoque habebant quod essent capitati. καλαύρα vero vocatur omne quod ex lato in acutum desinit. Decima septima cum octo sequentibus collocatur καλαύρα manus sinistra: Habet enim Orion venator in ea manu καλαύρα , hoc est Leonis exuias. Posteriores omnes putarunt esse pellem ipsius manus, aded

vt Tabularum auctores verterint in contrariis manus sinistra. Alij clypeum effixerunt, quem etiam in imaginibus Hygini ante. annos centum demptis duodecim impressis, videre est effictum. Anonymus hoc ipsum mantile appellat. Sciendum est, Mantile, Mantele, Mantellum, Mantelium, (omnia enim ista rectè dici ostendemus) duplici significatione dici. Modo enim id designant, quod in mensis ad manus tergendas adhibetur, modo pro καλαύρα καλαύρα integumentum genere. In etymologia discrepant Grammatici, qui à manu tergendâ, tergendâ, terendâve dici volunt. Lucilius : *Mappas mantella, merumq.* Virgilius : *tonsisq. ferunt mantelia villis*. Plautus Captiuus : *Noque Sycophantiis, nec fucis vllum mantellum obuiam est*. Ouidius ; *Fast. villis mantile solutis*. Martialis :

Mantele è mensa sustulit Hermogones Apud eundem inscriptio est Epigrammatis *De mantili, sine gausapi villosa*. Phinius : *cutibusque cum capillo pro mantilibus ante pectora vit.* Hactenus auctores. Sequantur Grammatici, quorum primus erit Seruius, qui Lucilium citat, & Plautum, sed corruptè si vulgata exemplaria sequaris. *Mantilia* quibus manus tergantur. Ceterum Plautus huius singulare *Mantellum* posuit: *Noque Sycophantiis, nec fucis vllum mantellum obuiam est*. Lucilius autem *mantela* dicit : *Mappas, mantela, merumq.* qua Græci μανδύρα (id est μανδύρα) vocant. Quod ad Græcum illud μανδύρα attinet explicabo Latinum Grammaticum Græcis. Suidas: μανδύρα , λαγίον . Pollux. μανδύρα , ὄρεων καλαύρα καλαύρα καλαύρα . Artemidorus : καλαύρα καλαύρα καλαύρα . Suidas alio loco. καλαύρα καλαύρα καλαύρα . Puto hanc vocem corruptam in Glossis Isidori. *Mandus* velis virginalis. Fortè *Mandua*. Virgines eo tempore vocabant calibes viriisque sexus: *Μανδύρα* verò calibum erat. Ad mantilia redeamus. Pollux: καλαύρα , μανδύρα καλαύρα καλαύρα . Lege, καλαύρα . Isidorus. *Mantum* (id est *Mantellum*) Hispani vocant quod manus tergat tantum. Est enim breue amictum. Varro : *Mantellium*, quasi *manuterium*, ubi manus teruntur. Isidorus rursus: *Mantelia* nunc pro operiendis mensis sunt, qua vt nomen ipsum indicat, olim tergendis manibus prebebantur. Hunc locum explicat ille alter eiusdem: *Facit ergium, & manitergium à tergendo faciem, vel manus, vocantur*. quæ verba in Glossis quoque reperias. Est itaque vt ad rem redeamus, mantile, siue mantellum alterâ significatione, καλαύρα , καλαύρα , καλαύρα , integumentum super humeralis genus quo iuuenes lasciuiores brachium

chium clupeabant, manusque inuoluebant. Nomen etiam num apud Gallos, & Belgas remansit. Vides igitur non inepte, *ἡ δὲ δεξιὰ ἐπιεικὴ*, quod manui impendat manule ab Anonymo vocatum. Trigesima stella, & duæ sequentes temere apud nonnullos confunduntur cum trigesima tertia & quarta. Est verò ensis Orionis *πρὸς ζώνης*. Solebant enim milites pugiones, & gladios ex baltheo suo ligare, unde Milites lunenali *ἄρσενος*, quos *balthous ambit*. Et in iure *cinēti* dicuntur, & Græcis *οὐρανὸς ζώνης*. Stella trigesimaquinta Arabibus *Rigel* vocatur. Hoc clarum est vel ei qui primoribus labris Hebraicas literas gustauit pedem significare. Vocatur etiam *Algebar*. Id si ad totum sidus cum Scaligero referas, erit quod Fortem siue Gigantem (quo nomine etiam Hollandi nauæ Orionem nuncupant) significat. Sin proprium hoc nomen huic Stellæ esse velis, nihil reperio, nisi dicas *Algebra* Arabibus coniunctionem significare: quod & verum. Nam & Medicis luxatorum membrorum compositio, & Arithmeticis numerorum coniunctio ita appellatur. Sed hoc non est verisimile. Est autem hæc Stella coniunctio Orionis, & Fluij: nam dicitur *ἡ δὲ δεξιὰ καὶ ἡ πρὸς ζώνης*. Stellæ Orionis apud Hyginum sunt xvii. Totidem leguntur in summâ Anonymi, sed perperam pro xx vt res docet.

CANIS MAIOR.

Canes duo sunt, quorum hic maior, & Australior, alter minor, sed prior ad Septentrionem vnde *αὐτὸς* vocatur. Hic Sirius vocatur, quod tamen nomen *νοτιάς* ad Stellam clarissimam apud omnes passim auctores trahitur. Postremi sæculi homines, quasi huic proprium nomen desit, *Laelapem* vocauerunt: & ita in Hygino inscribitur, cum ipse Hyginus nullam eius nominis faciat mentionem. Caniculam Latini vocant: Sed & Procyon ita appellatur. Itaq. hoc *ἀδελφὸς*. Vocatur Arabicè *Elhabor*. Legit Scaliger *Elchabar*, hoc magnū significat. Est itaq.

كلب الكبير Canis magnus. In Tabulis Alphonfinis vocatur *Alie-mini*. Hoc esset *كلب اليمينى* Canis Australis: Nam de *Meridies*, nunc Stellam recitemus.

- 1 In ore summi fulgoris.
- 2 Super duas aures.
- 3 Super caput.
- 4 Septentrionalior in collo.
- 5 Australior ibidem.

- 6 In pectore.
- 7 Septentrionalior duarum in genu dextro.
- 8 Australior earum.
- 9 In extremo pedis antecedentis.
- 10 Prior duarum in sinistro genu.
- 11 Posterior ibidem.
- 12 Posterior in armo sinistro.
- 13 Prior earum.
- 14 In origine sinistri femoris.
- 15 In interfemio, *ἐν τοῖς μεσοπέδις*.
- 16 In pedis dextri poplite.
- 17 In extremitate pedis dextri
- 18 In cauda.

Sunt octodecim.

INFORMES EXTRA CANEM.

- 1 In Septentrionem à vertice.
- 2 Australissima quatuor ad lineam rectam sub pedibus posterioribus sitarum.
- 3 Septentrionalior.
- 4 Adhuc Septentrionalior.
- 5 Septentrionalissima.
- 6 Prima trium quæ his quatuor sunt occidentaliores.
- 7 Media earum.
- 8 Vltima earum.
- 9 Sequens duarum lucidarum, quæ sub istis.
- 10 Prior earum.
- 11 Vltima Australior.

Sunt hæc vndecim.

Simul 29.

Tertia, nisi potius quarta sit, Isis vocatur Anonymo. Prima veteribus, & nouis omnibus Sirius vocatur, & *ἀσπεύων*, & Canis, *ὀμάρωνος ὄλα τῆς ζώνης*. Sed hæc apud Hyginum, cum ea quæ in capite est confunditur. De Stellæ huius obseruationibus pleni auctorum libri, itaque nihil amplius dicam. Hoc vnum adiciam Arabibus *Alfere dici*. In Lexico Medico inuenio: *SCERA*, id est, *magna stella*: Et alibi, sed paulò corruptius, *SCEARA*, id est, *Canis Maior*: Nescio an verum sit, id quod mihi in mentem venit esse vocem Græcam, Græca terminatione omiſsa, *Elseiri*. Stellas habet apud Anonymum x x. Apud Hyginum x i x. Perperam enim in vltima editione & hic xx legitur.

الشعرين

LEPVS.

Λαγὸς Græcè Latinè Lepus, Arabicè, quod Scaliger ex Hebraico fonte manare probauit, *ELARNEB*. In Lexico Medico. *الارنب* *Harneb*, *Lepus*: rectè mutato Eliph in aspirationem. In Anonymi codicibus inscribitur *Dasyus*. Sed nullus (quod sciam) veterum ita appellat. Et aliud est Da-

est Dasypus, aliud Lepus, quæ eadem esse vulgo temerè persuasum. Distinguunt enim præstantissimi in Animalium historiâ auctores Aristoteles, & Plinius. Est enim Dasypus, nisi fallor Cuniculus, quem Strabo vocat *λαγιδία*, *λαγυροζον*, & *λαγυρίδα*: Polybius & Galenus Latino vocabulo seruatō *κυνίλος*. Stellæ Leporis hæ sunt.

- 1 Septentrionalis lateris prioris quadrilateri, quod in auribus est.
- 2 Australis eius lateris.
- 3 Sept. lateris sequentis.
- 4 Australis eiusdem.
- 5 In mento.
- 6 In extremo pede sinistro anteriore.
- 7 In medio corpore.
- 9 Sub ventre.
- 9 Septentrionalior duarum quæ in pedibus posterioribus.
- 10 Australior earum.
- 11 In dorso, seu lumbis.
- 12 In extrema cauda.

Sunt simul 12.

Hyginus sex stellas refert, & Anonymus septem.

ARGO.

Αργώ, *ναύς*, Argo Navis, fabulis est celeberrima. Arabicè vocatur *سيفينا* Sefhina, Hoc est purum purum *دليل* Hebraicum *מֶרְכָבָה* lin. 1. 5. Vocatur & Markeb. *מֶרְכָבָה* Hoc erit Hebraicum *מֶרְכָבָה* *מֶרְכָבָה* Currus. Ita Græci *ἀργεὺς* *πυλῶνας* dicunt pro naui: & Catullus:

Ipsa leni facit volitantem flumino currum,
Sed hoc nomen propriè refertur ad stellam lucidam, quæ in Scuto est, quod in puppi: Sunt enim & alia scutula in mediâ naui. Notus est mos nautarum scutula in navibus suspendentium, qui antè paucos demum annos apud nos exolevit. Hæ sunt Argus, stellæ:

- 1 Prior duarum in extremâ naui *α. πδ.*
- 2 Posterior earum.
- 3 Septentrionalior duarum contiguarum in scutulo puppis.
- 4 Australior earum.
- 5 Præcedens istas.
- 6 Lucida in medio scutulo.
- 7 Prima trium sub scutulo.
- 8 Postrema.
- 9 Media trium.
- 10 *γ. δ. ε. χλωίων*.
- 11 Septentrionalior in carinâ puppis.
- 12 Australior ibidem.
- 13 Septentrionalior in foris apud puppim.

- 14 Prima trium sequentium.
- 15 Media.
- 16 Ultima trium.
- 17 Lucida sequens hanc in foris.
- 18 Prior obscurarum sub lucidâ.
- 19 Posterior earum.
- 20 Prior suprâ splendidam distam.
- 21 Posterior.
- 22 Septentrionalissima trium in scutulis, & est *α. ι. ι. ι. ι. ι. ι.*
- 23 Media earum.
- 24 Australissima.
- 25 Septentrionalior duarum contiguarum, quæ sub istis.
- 26 Australior earum.
- 27 Australior duarum in medio malo.
- 28 Septentrionalior earum.
- 29 Prior in extremâ mali.
- 30 Posterior ibidem.
- 31 Sub tertia sequens scutum.
- 32 In sectione transtrorum.
- 33 In carinâ, inter gubernacula.
- 34 Sequens hanc obscurior.
- 35 Lucida sequens hanc sub foris.
- 36 Lucida Australior in inferiore carina.
- 37 Prima trium sequentium hanc.
- 38 Media earum.
- 39 Sequens earum.
- 40 Prior duarum sequentiû has in sectione.
- 41 Posterior earum.
- 42 Prior duarum in gubernaculo Septentrionali.
- 43 Posterior earum.
- 44 Prior duarum in gubernaculo Australi.
- 45 Altera.

Sunt itaque 45.

Vix alibi nomina adeò reperias confusa & turbata. In Tabulis antenna ponitur pro malo. *Fabricatio navis* (pro quo malè vno in loco *fricatio* legitur, & altero *fabricator*) carinam significat. *Costatum*, pro *ισθδύνη* positum. Sed auctores intellexisse videntur non antennam, sed Modium, vt *Iliodoros* vocat: Sequitur enim: *Et est locus mali*. Sed propriè *ισθδύνη*, vt *Homeri* interpretes docent, est *τὸ πρὸ πύλων ἀνίστατον*, *ναῦς* & *πλοῖον* *Ἰοῖς* *ἰς*. Remus pro remone, siue gubernaculo ponitur. Duo verò antiquis navibus fuisse gubernacula, tum Manuscripti figura, tum Græci, Latiniq̃ue auctores ostendunt. Hoc obiter. In iisdem tabulis Puppis *Cantel* vocatur. Hoc quid sit nescio. *χλωίων* est ornamentum puppis, non prora, vt plerique volunt, cuius meminit præter *Prolemæum* *Lucianus* *Navigio*: sed & alij. Stellæ pleræque in Sphæris non rectè collocatæ: Sed nec vetus navis forma satis obseruata. In ea stellæ alicui navis nomen ascribitur *Alphart*. Sed hoc ad lucidam *Hydræ* pertinet. Stella penultima

ultima Canopus appellatur, & Ptolemæus. In Tabulis dicitur ΣΥΗΛ appellari, quod ponderosam interpretantur. Est vide quæ in Manilianis Scalligeri. TERRESTRIS etiam vocatur Anonymus de Canopo loquens: *Apparet autem humillima: & quod circa terram esse videtur, & nullum sidus inferius apparet, ob hoc TERRESTRIS vocatur.* Græcè vocatur *κάνωβ*, mutâ mutata. Describitur à Proclo, *ὁ ἐν ἀρκτῶ τῷ πεδάλῳ τῷ ἀρκτῶν κείμην τῷ λαμπρῶς ἐστίν.* Veterum tamen nonnulli Canopum collocarunt in Eridano, vt Hyginus in Fluij Fabula, & Capella in Astronomiâ. Hinc etiam Anonymus eius Stellæ in Fluiuo mentionem facit, non in Argo, aitque non quidem esse in remone Nautis, sed cum tangere. Vocatur etiam hæc stella, vt Martianus meus testatur, Ptolemæus. In Anonymo perperam *Ptolemæon* legitur recto casu. Hyginus viginti tres stellas agnoscit: Anonymus viginti quinque qui collocat quatuor in *catastroma*. Rectè, mutata veterum Latinorum more declinatione, vt & schemam pro schemate dixerunt. Hesychius: *κατάστρομα, τῷ νέως μέγεθος, ἐν τῷ ἐσώπτε τῷ μαχαρόν.* Reticulum vocare videtur *κατάστρομα*, quod nautis nostratibus *het boue-net* vocatur: Reticulum, siue pauimentum cancellatum superius. Ptolemæus Foros vocat *κατάστρομα*.

سوييل

solus ille Plinij, libro xxxii cap. ultimo, qui ex Ouidio desumptus est, satis indiet, vbi quoque Orphi fit mentio. Sunt qui sidus hoc Balemam vocent: Sed Larini veteres *Pistricem* dixerunt. Idem sunt *αρκτῶν, πρῶτος, αρκτῶν, Pistris, Pristis, Pistris*: Sed horum quædam recta, quædam deprauata. Testis est Plinius Pistrices inueniri ducenum cubitorum. Cæterum quoniam hoc sidus pingi debeat vix satis constat. Hoc certum, quod tamen non obseruatur, esse in eius dorso curuaturam, vt Hyginus vocat, quæ Anonymo *Gibbus* dicitur. Stellæ Ceti, siue Pistrices hæ sunt.

- 1 In extremis naribus. 4
- 2 Ultima trium, quæ sunt ἐν τῷ ἰσθμῷ & est in extrema mala. 3
- 3 Media, & est, in medio ore. 3
- 4 Prima, in mento. 3
- 5 In supercilio, seu oculo. 4
- 6 Septentrionalior hac in capillitio. 4
- 7 Præcedens has duas, in iuba. 4
- 8 Septentrionalis lateris prioris quadrilateri in pectore. 4
- 9 Eius lateris Australis. 4
- 10 Septentrionalis lateris sequentis. 4
- 11 Australis huius lateris. 3
- 12 Media trium quæ sunt in corpore. 3
- 13 Australis earum. 4
- 14 Septentrionalis earum. 2
- 15 Posterior iuxta caudam. 2
- 16 Prior ibidem. 2
- 17 Septentrionalis lateris sequentis quadrilateri apud caudam. 5
- 18 Australis eius lateris. 5
- 19 Septentrionalis lateris alterius. 5
- 20 Lateris alterius Australis. 5
- 21 In ramo caudæ Septentrionali. 3
- 22 In ramo caudæ Australi. 3

CETVS.

Κῆτος, Cetus Latine dicitur eodem nomine. Sed *κῆτος* nomen est generale, quod & Arabes ex Græco sumunt *Elketos*: Satius enim est Te literam quiescere, quam per diphthongum legi *Elkaietos* vt in Tabulis est. Nomen verò speciale, quod diu lauit, ego eruo. Hoc est *ὀρκῶς*: Nam *κῆτος* dicuntur omnes Belluæ marinæ, vnde non male Latini Poëtæ, *Belluam & monstrum marinum* transferunt. *ὀρκῶς* verò vel *ὀρκῶς* Atticè. Species est *τῷ κῆτος*. Ita hoc signum appellatur Firmico: *In ultima parte Piscium (inquit) consurgit bellum, quæ à Græcis ὀρκῶς dicitur.* Quod desumptum est ex illis Manilianis:

القيطس

Saua sub extremis consurgunt sidera Ceti Piscibus.
 Quem Manilius Cetum, ille vocat *Belluam*: vt Germanicus:
Bellua sed Ponti non multum praterit Amnem.
 De Orpho ait Aristoteles: *τῷ ὀρκῶς ἐκ μακρῶν γίνεταί.* Meminit & Plinius libro nono, cap. xvi. Ouidius Halicenticis:
Cantharus ingratus succo, tum concolor illi Orphus.
 Male enim Orphas legi præter citatos locos, vel

Secunda dicitur *Menkar*. De quinta perperam in Ptolemæo legitur *ὀρκῶς*, pro *ὀρκῶς*. Decima quarta vocatur *Beten-ketos*, hoc *βῆτον κῆτος*, hoc *βῆτον κῆτος* ventrem Ceti significat, vt clarum est. Penultima est *Deneb ketos*, *Cauda Ceti*. Hyginus stellas habet xiiii. Anonymus xv. Sed hic verius ait stellas sub cauda duas esse claras, quàm Hyginus obscuras.

ذنب قيطس

FLVVIVS.

Ὁ ποταμὸς, Fluius, Oceanus, Nilus, Eridanus, qui & Padus, *ὁ ποταμὸς τῷ ὀρκῶν* Proclo. Arabibus *نهر*. Hebræis *Fluuium* denorat. Illâ ab origine *نهر* *نهر* clarissimus Sabinorum

binorū Annis NAR dicitur, contractè, quem-
 admodum ACHARNAR, pro ACHARNAHAR,
 ut infrà patebit. Dicitur &
 Gyon: Hebraicè *גיון* hoc
 est, Nilus, ut Iosephus
 docet. Et hunc Fluuium Nilum, & Nilum
 Gyon vocari vel Anonymus satis ostendit, vbi
 ait: *A quibusdam verò Nilus, qui & Gyon, exi-*
stimatur, & idè inter sidera collocatus, quod à
meridianis partibus cursum dirigit. Autemum
voluit exprimere, is enim ait:

— Pharium pars altera Nilum
 Commemorat, largo segetes quod nutrit
 Amni.

*Arentesq; locos undâ facundet alumnâ,
 Vel quod de medijs prolapsus parte diei*

Vastus in aquoreas Pelagi sese inferat undas.

Vide etiam si lubet Hyginum. Aratus, & alij
 plerique semper Eridanum vocant, non Nilum.
 Eridani verò loco semper aquam pictam fuisse
 præter Hyginum, & Anonymum, etiam Ara-
 tus indicat, qui eius *καρπας* nominat, quas
 Ptolemæus *εμποφας*. In Manuscripti figura
 Deus ipse pingitur. Hoc *ενασπαδίζητος* est: sed
 quia antiquitatis habet nonnihil, lubet expli-
 care. Primum Cornua, quæ omnibus Fluuiis
 præcipuè verò Eridano appingi debent omissa
 sunt. Vide Seruium ad illud Maronis:

*Corniger Hesperidum Fluuius regnator
 aquarum.*

Caput eius arundinibus obsitum est. Rectè.
 Vetus Horatii Commentator: *Hæc etiam tem-*
pora illorum (Fluuiorum) perhibentur coronata
arundinibus, quoniam ripa Fluminum, illarum
silua decorantur, qua etiam à ventis agitata
obscurè sonat, ut Poëta: Et tenera præterit
arundine ripas. Velum illud quod circa crura
 habet, Carbasus vocatur. Virgilius de Tiberino:

— *cum tenuis glauco velabat amictu
 Carbasus.*

Nonius Marcellus: *Carbasus, Pallium quo
 Fluuij amictuntur.* Pingitur quoque aqua ex
 ore eius effluere. Hoc omninò ex Auieno ex-
 pressum est, contrà mentem tamen Arati, qui
 nullam Dei figuram voluit pingi, sed solam
 aquam. Ait Festus:

— *quicquid per sidera, aquarum
 Ad speciem Eridanus pater expuit, abditur
 altâ.*

*Tethye, & Occidui tegitur Pæoni aquore
 Ponti.*

Hæc ad excusandum pictorem sufficiant. Nos
 stellas ex Ptolemæi mente explicabimus.

1. In principio Fluminis, sequens eam, quæ
 in pede Orionis.
2. Septentrionalior, *αυτοειρα* apud
 suram Orionis.
3. Posterior contiguarum sequentium.

4	Earum prior.	4
5	Sequentium deinde posterior.	4
6	Earum prior.	4
7	Trium has sequentium vltima.	5
8	Media.	4
9	Prima trium.	4
10	Vltima quatuor sequentium.	3
11	Antecedens hanc.	4
12	Antecedens & hanc.	3
13	Prima quatuor illarum.	3
14	Vltima aliarum quatuor.	3
15	Antecedens hanc.	4
16	Antecedens & hanc.	3
17	Prima harum quatuor.	4
18	In flexu Fluuij, apud pectus Ceti.	4
19	Sequens hanc.	4
20	Trium hanc sequentium prima.	4
21	Media earum.	4
22	Vltima.	4
23	Septentrionalis lateris prioris <i>ενασπαδίζητος</i> <i>εξ</i> sequentis has.	4
24	Australis eius lateris.	5
25	Prior lateris sequentis.	4
26	Eiusdem posterior.	4
27	Septentrionalior duarum Orientaliorum.	4
28	Australior earum.	4
29	Duarum sequentium posterior	4
30	Earundem prior.	4
31	Vltima trium sequentium in sequenti in- teruallo.	4
32	Media earum.	4
33	Prima trium.	4
34	Vltima Fluuij, Lucida.	1

Sunt simul 34.

Decima nona vocatur ANGETENAR. Scali-
 ger optimè legendum docuit *Anchenetenar.*

Idè docuit vltimam
 Flauij non *Acarnar*
 vocandâ, sed *Achar-*

narin. Hoc est purum putam He-
 braicum *אחר נהר* stella vige-
 gesima-

scribitur *Beemim.* Hoc esset
 Hoc Arabibus nihil potest si-
 gnificare, nisi quod ita appel-
 lentur radices duæ Medicis vsitatæ. Itaque ni-
 hil adferes cur hæc stellæ ita vocentur, nisi pun-
 cto *Ανετηνα* mutato velis legere
 ut sit *Theemim*, *θιμημη*, quod Ge-
 minas, & sibi
 cõiunctas *θιμημη*

(ut Hieronymus transfert Exod. 26. v. 24) si-
 gnificat. Itaque hoc nomen non specialiter ad
 hanc vel duas stellas pertineret, sed ybieunque
 duæ sunt stellæ vicinæ, & contiguæ similis fi-
 guræ & magnitudinis possit vsurpari. Itcirco
 nihil affirmo. Vbi Hyginus stellas enumerat
 Fluuij, ita legitur. *Habet stellas in prima cur-*
uatura tres, in secunda tres, item in tertia
ad no-

αυτοειρα *θιμημη* *θιμημη* *θιμημη*

θιμημη *θιμημη* *θιμημη* *θιμημη*

θιμημη *θιμημη* *θιμημη* *θιμημη*

θιμημη *θιμημη* *θιμημη* *θιμημη*

ad nouissimam septem. Omnino est stellarum XIII. Legendum puto: In secunda tres: Item in tertia: Usque ad nouissimam septem. Omnino est stellarum XVI. Etiam alibi notauimus notam binarij, in quinarium coaluisse. Differt ab Hygino vna monade Anonymus, qui tamen admodum meam firmat coniecturam. En tibi locum: Habet autem stellas, in primo flexu quatuor, in secunda tres, in tertio tres, usque ad nouissimum septem, quas dicunt in ore Nili esse. Sunt omnes XVII.

PISCIS NOTIVS.

Piscis hic appellatur, Magnus, solitarius, Australis, *ixθvs méγav, μὲνέζων, νότιος*, ad differentiam duorum coniunctorum paruorum, qui in Zodiaco. Huius Fabulam ex Ctesia Syriarū rerum auctore prodit Hyginus: & ea de re in gemellis Piscibus non nihil diximus. Vocatur hic Arabicè *حوت الجنوبى* *ὁ εἶψω* *νότιος*. Piscis stellæ sunt.

- 1 In ore eadem cum extremo Aquæ. 4
- 2 Trium in capitis Australi ambuq; prima. 4
- 3 Media earum. 4
- 4 Vltima trium. 4
- 5 Quæ ad branchias. 5
- 6 In spina australi. 5
- 7 Posterior in ventre. 4
- 8 Prior in ventre. 4
- 9 Vltima trium in spinâ Septentrionali. 4
- 10 Media. 4
- 11 Prima trium. 4
- 12 In extrema cauda. 4

Sequuntur informes.

- Prima lucidarum præcedentium Piscem 3
- Media. 3
- Vltima trium. 3
- Occulta hanc antecedens. 5
- Australis duarum Septentrionaliorum. 4
- Septentrionalis earum. 4

Sunt simul 18.

Primam alibi *ΕΥΜΗΛΗ* vocari ostensum est. Hyginus XII stellas refert, vt & Anonymus vitio libratorum mihi liberandus: Legitur: tres in brachijs eius. Lege in branchiis. Postea sequitur. Inter hac sunt astra, siue signa (Glossema est) qua Planeta appellantur. Lege: qua Placeta appellantur. Sunt enim duæ stellæ vicinæ Placetae Aquarij, quarū vna eam tægere videtur, cuius ipse Anonymus superius meminit cum ait: *Una fertur esse sub pedibus Aquarij*.

THURIBVLVM.

Θυρίβυλον Arato, *Θυμιατήριον* Proclo; & alijs,

Thuribulum Germanico, *Ara* Ciceroni, *Auiceno*, *Hygino*. *Altare* vel *altarium* Capellæ: *Pharus* & *Sacrarium* Anonymo, In Mappa pro quo Scaliger legit

ساجمرد *مجمارد* Ignitabulum.

Thuribuli, quod Græcè *θυμιατήριον*, & *λιττωρίς* Hebraicè *תורת* appellatur, formam habes in M S. imagine. Phari nomen absque dubio ab Ægyptijs descēdit. Celebrissima enim est Pharos à Ptolemæo Philadelpho albo ex lapide ostingentis talētis opera Softrati Cnidij ita vt à mari circumlueretur locata. Hinc aliæ Phari nomen accepere. Statius:

Lucretia noctimaga tollit Pharus amula Luca.
Vocant Pharos *πυρναίος, καὶ λυττωρίς, & φουκτόριον*. Describit eleganter Herodianus: *Απικέσται ἴσ' αὖ τὸ ἕμμεν Ἐκλεισιδάμαστο φουκτορείοις τοῖς λιμένι ἐπιπερῆσι, ἃ ἰσχυρὰς τὰς ναῦς ἐς ἀσφαλῆς Ἀγχαγῆς ἄσχυρῶν. Φάρου δ' ἀνὰ οἰκιστὰς καλεῖται. Sacrarium dicitur, quocunque res sacra continetur. Vlpianus: de *Res. diuisione, & qualitate l. Sacra. § Illud*. Est itaque Sacrarium (non *Sacrarius* vt hodie legitur) τὸ ἱερῶν. Vocatur præterea *LAR*, hoc est *ἐλάρα*. Item *Puteus*. Hebraicè *בית* Puteum significat, *בית* Sacrarium. Possim hic infinitas Inscriptiones Aris conformatas ascribere, vt *Ara* figura sit clarior, sed nihil opus. Præterire tamen non possum quin proponam carmen Ænigmaticum de *Ara* ab *Iasone* constructâ, quam *Philoctetes* postea est veneratus. Versuum structura *Aram* exprimit. Nonnulli id carmen ascribunt *Theocrito*, nonnulli *Simmio Rhodio*: *Lucianus*, & *Scholias* Græcus *Dosiadae*. Hoc verò ante omnia scire te volo nostram *Aram* *ἀνακτοῦδος* esse contractiorem, vt & in veteribus *Hygini* figuris est videre. Carmen tale est.*

Β Ω Μ Ο Σ.
ἐμ' ἄρσενος μὲν σέλις
πρόσις μέγαν δίσκου, &
σποδ' ἀνὰς ἴσ' ἐμπόσας μόρσας
ὁ βύλα, καὶ κινὸς τεχνόματες,
χρῶσες αἰέτα. ἄμ' εἰς' ἀνδρα,
τὸν γυμνασίων ἕργον
ἱρράϊτες, ὅς' ἀπάτωε
ἄισο δ' ἰσ' κέροισι μη-
σέρριπτος ἕμμοι ἢ πύ-
γμα ἀπρίσσις παρ' ἑλῆ-
ο καὶ ἐμ' αἰέτα
ταύτας χάλιφο γὰρ
ἐν τῷ Ἰσχυρῶ, ἐμ-
δ' ὅς' γένοσ' ἢ δ' ἰδιδόν-
ὅς' ἀμφιλήσων, Πυρναίος
κατ' ἴσ' ἀνέλιμα. Φάρου δ' ἰσ' ἰ-
σίστ' ἀνέροσ' ἰσ' ἰσ' ἰσ' ἰσ' ἰσ'
δίων ἐς πικρὸν ἀγορὰ σέλιπτον.

Sum masculi Femella
 Vir Theſſalus biſpuber, haud
 Flammicubus natus Empuſa, atque mors
 Babulci qui Canis proſapia eſt,
 Clarus ſodalis, cum virum ambuſſit
 Membrarum, valentem,
 Perdiditq̄, quem vivit
 Matrimus cecidit ma-
 trahictus: Opus meum
 Miratus Dearbitri
 Necator, Trinoctij
 Sepulcor, gravi impetu
 Clamavit: veneno. n. hunc
 Inuit ſerpens ſene
 Et exutus: quem morantem

In inſulâ Panos matris
 Particeps thori, cleptor Virbius,
 Mortaledonis & ſobales Troia perda
 Triniſtam ad Tencridem ob Aclidas egit.
 Hoc obiter. Sequuntur ſtellæ Aræ.

- 1 Septentrionalior duarum in baſi. 5
 - 2 Australior earum. 4
 - 3 In media Aræ cō mēſa τῶ βῆματι. 4
 - 4 Septentrionalis trium in foco cū τῶ ἱερῶ. 4
 - 5 Duarum reliquarum Australior. 4
 - 6 Earum Septentrionalior. 4
 - 7 In ipſa Flammâ ἐν ἄκρῃ τῆς πυρρῆς. 4
- Sunt ſtellæ ſeptem.

Dux primæ in Baſi ſunt, quarum meminit
 Anonymus: Ait enim: *Dux in Vaſe eius*. Lege
 in Vaſi pro, in Baſi. Hyginus imum altaris no-
 minat. De quarta legitur perperam in Alphon-
 ſinis in loco ignis, pro in foco ignis. Itaque ſic
 emenda. Hyginus & Anonymus ſtellas agno-
 ſcunt quatuor. In Manuſcripti imagine illa ſo-
 la omiſſa eſt, quæ in media eſt Aræ.

CENTAURVS.

Dicitur hic Græcè, Latinè, Arabicè, κένταυρος, Centaurus, In fabu-
 lis Pholos, vel قنطورس Chiron
 Philyrides, φηγ. Semifer.
 Pingi hic ſolet ab antiquiſſimis ita et in dextra
 Feram habeat, de qua infra, & yrem ex bra-
 chio pendentem, quem βόρρα vocabant. In
 manu verò ſiniſtra Thyrfum, & ex eo penden-
 tem leporem. Hodie Thyrfus & Fera tantum
 pinguntur. Nam cætera ſunt *ἕρπαι*. Partes
 Centauri duæ, vt & Sagittarij, humana, τὰ
 ἀνδρῶ ἰσῆλα; Equina, τὰ ἵππῆα. Arato.
 Vtriuſque partis ſtella ſunt hæ, quæ ſequuntur.

- 1 Australiſſima quatuor in capite 5
- 2 Septentrionaliſſima earum. 5
- 3 Duarum reliquarum prior. 5
- 4 Earundem poſterior. 5
- 5 In humero ſiniſtro, & priore 3
- 6 In humero dextro. 3

- 7 Id ſiniſtra ἀμυθλάρι. 4
- 8 Septentrionalior duarum priorum in
thyrfō. 4
- 9 Australior earum. 4
- 10 Reliquarum duarum ea quæ in ſummo
thyrfō. 4
- 11 Vltima, quæ Australior. 4
- 12 Prima trium in latere dextro. 4
- 13 Media. 4
- 14 Vltima earum. 4
- 15 In brachio dextro. 4
- 16 In dextro lacerto. 3
- 17 In extrema manu dextra. 4
- 18 Lucida in coniunſtione partis huma-
næ. 3
- 19 Duarum obſcurarum Septentrionalio-
rum ſequens. 5
- 20 Antecedens earum. 5
- 21 In principio doſſi. 5
- 22 Antecedens hanc, in doſſo equino. 5
- 23 Vltima trium in lumbis. 3
- 24 Media. 4
- 25 Prima trium. 5
- 26 Prior coniunſtarum in femore dextro. 3
- 27 Poſterior earum. 4
- 28 In pectore ſub axillâ equina. 4
- 29 Prior duarum ſub aluo. 2
- 30 Poſterior earum. 3
- 31 In poplite detri pedis. 1
- 32 In eius pedis *ῥομφαία*. 2
- 33 In poplite pedis ſiniſtri. 4
- 34 In ſurâ, ſeu muſculo huius. 2
- 35 In extremo pede dextro antecedente. 1
- 36 In genu pedis ſiniſtris. 2
- 37 In formis ſub pede dextro poſteriore. 3

Sunt itaque 37.
 Thyrfus cuius mentio in octava ſtella & ſe-
 quentibus latens eſt telum, cuius mucro hede-
 ra lambente protegitur, vt Macrobius oſtendit,
 venatoribus & Bacchantibus uſitatum. Pro-
 clus: ὑποδόχον ὃν καλεῖσθαι κένταυρος. Legen-
 dum ὑποδόχον. Anonymus Arma vocat, &
 poſtea Thyrfum, vt & Ptolemæus. Ridenda
 admodum eſt eorum imperitia, qui clypeum
 vertunt. Habet Centaurus in manu dextrâ *ἵ-
 κλον*, vt Aratus, & Proclus appellat, *Beſtiolam*
 tranſfert Anonymus, alij *Feram*, Cicero *qua-
 drupedem*. De hac duplex apud Mythologicos
 opinio, nonnullis putantibus Centaurum hanc
 beſtiam venatum, cum & Pindarus Chironem
 acrem faciat venatorem. Ex hac opinione Ger-
 manicus, *ſeu prædam ἐς ſιλῆα πορτα*, & Avienus
Agreſtemq̄ manu prædam gerit; Aliis contra
 dicentibus cum Chiron Aræ ſit proximus, hoc
 pro victima ab eo afferri. Hinc τὰ *ἱνεκτοκῆστρο-
 λαν* vocat Hyginus. Huc pertinet illud Ger-
 manici.

ſeu dona propinqua
 Placaturus

Placatura Deos cultor Iouis admonet Ar.
 Et illud Auieni ex altero expressum:
Ille autē dextram proterere visus ad Aram
Celicolus, iusta perfoluit munera vita.
 Verum omnino est, quod Cicero ait:
Quam nemo certo donauit nomine Gratium.
 Græci enim semper *ἀδανείως* vocant *Ἰνείων*.
 Sed Capella vocat Pantheram, nostri Astrolo-
 gi lupum, Arabes lænam, hoc est
 ASIDA. Hæ sunt eius stellæ.

- | | | |
|----|---|---|
| 1 | In extremo pede Feræ, apud extremam Chironis manum. | 3 |
| 2 | In poplite pedis postremi. | 3 |
| 3 | Prior duarum <i>εἰς τῆ ἀμφοτέρων</i> . | 4 |
| 4 | Posterior earum. | 4 |
| 5 | In medio Feræ corpore. | 4 |
| 6 | In ventre sub ilibus: Mizar. | 5 |
| 7 | In femore. | 5 |
| 8 | Septentrionalior in origine femoris. | 5 |
| 9 | Australior earum. | 5 |
| 10 | In lumbis. | 5 |
| 11 | Australissima trium in extrema cauda. | 5 |
| 12 | Media earum. | 4 |
| 13 | Septentrionalis earum. | 4 |
| 14 | Australior duarum in ceruice. | 4 |
| 15 | Septentrionalior earum. | 4 |
| 16 | Prior <i>εἰς τῶν πρῶτων</i> . | 4 |
| 17 | Posterior. | 4 |
| 18 | Australior duarum in pede ex anterioribus altero. | 4 |
| 19 | Septentrionalior earum. | 4 |

Sunt itaque nouendecim.
 Et vnâ cum Centauro 56.

Habet Hyginus stellas xxxiiii: In Centauro xxiiii, in Hostiola x. Anonymus simul xxxi. In Centauro xxi, in Fera sex, in Thyso tres: Sed in eo numeri admodum corrupti. Tu ad hoc exemplum emenda. Ouidius quatuordecim Chironis stellas agnoscit:
Nona dies aderat, cum tu iustissime Chiron
Bis septem stellis corpora cinctus eras.

HYDRA.

Hydra, *ἡδρα, ἡδρῶς*, Anguis, Arabibus *Asuia* hoc est Fortis, Furiosus, vt in *السجاع* Orione (seu idem nomen tribuitur) explicauimus. Nihil
 moremur: ad stellas veniamus.

- | | | |
|---|--|---|
| 1 | Australissima quinque earum quæ in capite, & est in naribus. | 4 |
| 2 | Septentrionalior in oculo. | 4 |
| 3 | Duarum sequentium Septentrionalior, in cranio. | 4 |
| 4 | Australior earum in hiato. | 4 |
| 5 | Vltima in mento. | 5 |
| 6 | Prior duarum in origine colli. | 5 |
| 7 | Posterior earum. | 4 |

- | | | |
|----|--|---|
| 8 | Media trium, quæ post flexum colli. | 4 |
| 9 | Vltima earum. | 4 |
| 10 | Australissima. | 4 |
| 11 | Obscurior & Septentrionalior duarum coniunctarum Australiorum. | 6 |
| 12 | Lucidior earum. | 2 |
| 13 | Prima trium post flexum. | 4 |
| 14 | Media earum. | 4 |
| 15 | Vltima earum. | 4 |
| 16 | Prima sequentium trium in recta linea. | 3 |
| 17 | Media earum. | 4 |
| 18 | Vltima. | 3 |
| 19 | Septentrionalior sub Basi pateræ. | 4 |
| 20 | Australior ibidem. | 4 |
| 21 | Prima trium sequentiũ figura triquetra. | 4 |
| 22 | Media & Australior. | 4 |
| 23 | Vltima earum. | 3 |
| 24 | Prior post coruum apud caudam. | 4 |
| 25 | Posterior, in extrema cauda. | 4 |
| 26 | Informis australior capite Hydræ. | 3 |
| 27 | Informis sub flexu, qui sub collo est nostri interuallum. | 3 |

Simul sunt 27.

Duodecima vocatur *Alphard*. In descriptione vigesima quartæ legitur in Tabulis. *Quæ est post coruum*. Aut exscriptor errauit, cum scribendum esset *coruum*, aut, quod magis puto, auctores pro *κόρυς* legerunt *κόρυς*, quod & alij fecisse videntur. Aliquanto post flexum (*Tortum* vocat Germanicus, *Agmen* Auienus) secundum Hydræ est Crater, quem Hyginus & Anonymus in prima flexura collocant. Vocatur Crater, Patera, Vrina, Calix: Arabicè *ELKIS*

الكاس

Ex Hebraico *קַיִס*, vt Scaliger docet, quod pateram significat: Alphonsinæ tabulæ generali vocabulo Vas vocant, *ἀψίον*. Hyginus binas refert huius fabulas, vnâ cum Hydra communem, cuius & Anonymus & Ouidius meminerunt. Alteram de Marusio, vt hodie legitur. Tu *Mastussum* repone ex Plinio qui meminit maris ab eo denominati. Vrinæ stellæ sunt.

- | | | |
|---|------------------------------|---|
| 1 | In basi, communis cum Hydræ. | 4 |
| 2 | Australior in medio poculi. | 4 |
| 3 | Septentrionalior ibidem. | 4 |
| 4 | In arcu australi orificij. | 4 |
| 5 | In arcu Septentrionali. | 4 |
| 6 | In ansa Australi. | 4 |
| 7 | In ansa Septentrionali. | 4 |

Sunt septem, & cum Hydra 34.

In Manuscripto scita est pateræ figura, in qua clarè conspicis orificium, ansas, basim. Basis est fundus Hygino, & Anonymo. Lucilius: *Vertitur O Enophoris fundus, sententia nobis.* Orificium quid sit clarum est. Vtitur ea voce Apuleius: Alij os vocant, vt Græci *ὀφθαλμὸς*. Ansas Græci *ἀνα* aut *ἀνα* vocant. Quas nos in ansis Hy-

lis Hyginus, & eum sequutus, vt semper, Anonymus in labris collocant. Labra sunt quæ Græci *χείλη*, & Poëtæ *σεφάνας* vocant vnde *κεφαλή* *επισηφής*; Et *επισηφής* *κεφαλή* *πύλη* Homero, *Vina coronata* Maroni: Ora nimirum, & margines: nisi legas, Græca voce *in labis*. *Λαβή* est ansa poculi, *λαβή ἀμφιστοιῦ* ab vtraque officij parte locata dicitur Sophocli. Ita optimè conuenient Hyginus, & Anonymus cum Ptolemæo. Stella prima *Albes* vocatur: Legerim *Alkes*, vel *Alchss*, vt supra ostendimus. Sequitur nunc Coruus, qui extre-

الكاس

العرب

- 1 In rostro communis cum Hydrâ.
- 2 In cervice infra caput.
- 3 In pectore.
- 4 In ala dextrâ, & priorè.
- 5 Prior in alâ posteriore.
- 6 Posterior ibidem.
- 7 In extremo pede, communis cum Hydrâ.

Sunt septem, & cum Vrna, & Hydra 41. Stella quinta *καρ' ἰζοχλω* *Algorab* dicitur. Hyginus stellas Hydræ refert viginti septem, Crateræ octo, Corui septem. Sunt simul quadraginta duæ. Anonymus Hydræ viginti sex, Crateræ decem, Corui, si vulgatam lectionem sequaris, sex: Sed ipsum audi: *In capite claram vnam, in alâ duas, in caudâ tres, in pedibus singulas ab unguibus. L. aut unguibus. Nonne sunt octo? Communis igitur Anonymi numerus est XLIV.*

PROCYON.

O *αὐγύων*, Antecanis Ciceroni quia Sirio est prior, hoc est Septentrionalior. Canicula nonnullis, & *Canis Orionis*: Sed hæc cum Sirio communia. Arabibus vocatur *Algemezza* Scaliger *αὐγύων* interpretatur: Foueam significat. Alterum nomen *Kelbelaz* *γαρ* Clarum est, Canemque minorem significat. Cæterum *Aschere*, & *Aschemia* ex *Aiemeni* corruptum, quæ in Tabulis de Procyne dicuntur Sirij sunt propria, & hæc, quo perperam sunt translata non pertinent. Stella *αὐγύων*.

- In cervice, seu collario.
- Lucidissima in posterioribus.
- Sunt itaque binæ.

Posterior *καρ' ἰζοχλω* omnia nomina occupat, quæ toti sideri debentur. Hyginus tres stellas refert. In Anonymo, si quid de hoc sidere scripserit id totum intercidit: quia scilicet & versus Germanici cui ille subtexi solet, non inueniebantur.

Peruenimus ad finem earum imaginum quæ siderum inerrantium figuras representant. Restant quatuor imagines, (præter eam quæ Lacticum circulum representat, quæ parui est momenti) quarum vna ex Hygini exemplaribus desumpta est. In eâ continentur primum circuli quinque qui *περὶ ἀρκτῶν* vocantur: Extremi sunt Arcticus, qui & Septentrionalis, & Antarcticus, qui & Australis. De his in nostris ad Aratum & Germanicum Notis abundè tractauimus. Hos vtrique sequuntur Tropici, siue Solstitiales: Ad Septentrionem is qui *Cancri* vocatur, & Æstiuus quia potiori Orbis parti cum Sol cum attingit æstatè efficit, vt Aratus & Germanicus exponunt. Alter ad Austrum *Capricorni*, & Hyemalis siue Brumalis appellatur. In medio horum quinque est *ἰσημερινός*, Equator, Æquinoctialis, in quem cum Sol peruenit diem æquat nocti. Hunc Nautæ nostrates *Lineam* vocant, quia circulus inter *Lineas*, Equator inter circulos possimus. Astipulari videtur Auienus:

Est illi celsa quæ tramite panditur æbra, Iudicium est Arius: hunc totum LINEA quippe sustinet. Et alibi:

— ingenti se tramite LINEA tendens Diuidit ima Noti, discernit & alta Aquilonis.

Vtrobique per Lineam Equatorem intelligit. Equatorem interfecat Zodiacus quartus circulus, Tropicos vtrique contingens. Hunc Græci *ζωδιακὸν* vocant, *δὲ τὸ ζῳδίων* quæ Signa melius interpreteris, quàm animalia, vt alibi docuimus: Vnde benè Cicero, alique plurimi cum sequuti *Signiferum* perhibent. Vide Macrobius lib. 1. de Som. Scip. cap. 21. Sed olim non vocabatur *ζωδιακός*, sed *λοξός κύκλος* Hyginus: Præter eum qui Zodiacus appellatur, qui quod non vt ceteri circuli certa dimensione finitur, & inclinatio alius videtur, *λοξός* à Græcis est dictus. Proclus *λοξός ἵσθι κύκλος ἰσθίου ζῳδίων*. Oenopides Græcus auctor *Λοξίαν* Apollinem dici testatur, *ὅτι ἐπιπορεύεται τὸν λοξὸν κύκλον ἀπὸ δὲ σφαιρῆς ἀναβλάσκει κινεῖται*. Et sæpe *λοξὸν κύκλον* meminit Aristoteles. Alter ille obliquus Horizon est, cuius tamen certus locus designari non potest, vt nec Meridiani, nec Arctici, quia pro Climatum diuersitate variant. Sed huius nomenclaturam meminit Aratus, nisi quod Poëtico more Oceanum appellet. Reliqui illi qui *Polos* interfecant, sunt circuli Meridiani, & inter eos *Coluri*.

Coluri. Horum non meminit Aratus. Vide Proclum, Hyginum, Manilium libro primo. Poteris itaque in hac figura notare Arcticum, Tropicum æstiuum, Æquinoctialem, Tropicum Brumalem, Antarcticum, Zodiacum, Horizontem, Meridianos, Coluros utrosque, vnâ cum Axe, & Polis.

Reliquæ imagines ex Manuscripto sunt. Prima representate videtur, quantum ego quidem coniecto, quatuor Anni tempora. Ver habet flores, Æstas spicas, Autumnus racemos cum uuis, Hyems nihil nisi calyptram ex panis: Vide horum descriptionem apud Ouidium, & in Caralectis. Altera earum quæ ex Manuscripto extra ordinem sunt adiectæ, quinque Planetas exprimit, qui *πέντε ἀστέρες* Arato, excepto videlicet Sole, & Luna. Is qui in medio est senis facie, Saturnus est. Albricus: *Saturnus primus Deorum supposebatur, & pingebatur, ut homo senex, canus, prolixâ barbâ, curuus, tristis, & pallidus, recto capite, colore glauco.* Habet hic instrumentum quoddam in manu, sed falcem quam deberet non satis refert. Iuppiter est is qui sceptrum habet, cum quo eum semper pingi solitum idem Albricus testatur. Mars habet frameam, & galeam, cum cristâ. Hinc illud: *Cristatus vertice Maurus.* Venus picta est cum capillitio muliebri, & habet in manu plumam Pauonis. Sed hoc erat Iunonis. Venus enim in manu concham matrinam debet habere. Itaque hic erratum. Mercurius petasum, pinnulas (vt vocat Plautus) & caduceum, vitata illius Dei insignia præ se fert. Habes itaque Saturnum, Iouem, Martem, Venerem, Mercurium. Iidem in Hygini veteribus nouisq. exemplaribus picti sunt: sed cum curribus. Currum Saturni trahunt Dracones, Iouis Aquilæ, Martis Equi, Mercurij Galli, Veneris Cygni. Vltima Imago Sphæras omnes complectitur, cui propter explanationem ex Manuscripto adiectam diu non reor immorandum. Aliquid tamen dicendum. In medio omnium Terra est cum velo coloris Prasini, qui Terræ proprius, vt Isidorus testatur libri xviii cap. xli. Inde est Luna bigâ Bouum vecta: Fulgentius quoque Lunam ait bigam bouum habere, cuius verba post Anony-

um sunt infarcta. Alij illi binos Equos ascribunt alterum candidum, alterum nigrum: Alij Mulos, vt Festus testatur. Inde sunt Venus cum Cupidine, & spiculo, ac Mercurius cum alis, caduceo & chlamyde. Harum Sphæaræ Centrum in Sole habent, ex veterum Astronomorum opinione. Vide Capellam meum in Astronomia Titulo, *Quod Tellus non sit centrum omnibus Planetis*: vbi etiam rationem inuenies, cur Venus Terræ propior pingatur. Deinde est Sol radiatus Equis vectus, vt & Mars, qui sequitur. Inde est Iuppiter cum telo fulmineo, & Aquilâ. Inde Saturnus pueruna deuorans cum falce. Vide Albricum. Extrâ hos circulos Zona est, in qua alternis referuntur duodecim signa, & totidem menses. Signorum habitus iam explicauimus. In mensium picturâ sculptor expressit Manuscripti figuras, quàm maximè potuit. æuo enim tantum non euanuerunt. Itaque vt ipse coniectere possis quid sibi quidque velit, Mensium habitus prout scriptis proditi sunt exponemus. Ianuarius splendido amictu thura fundens. Februarius cæruleo amictu, cum aui palustri, nouellas incidens, Iride circumdatus. Martius Lupæ exuuuis indutus, habens hædos, lac, & herbam. Aprilis Veneri sacrificans cum crotalis, & cæreo. Maius cum calatho floribus impleto. Iunius nudus, lampada habens, & moros, lilia effundens. Iulius spicis coronatus. Augustus bibens aquam fontanam ex vitro. September cum racemis, & pomis, leporem & lacertam habens. October cum vino, & anserem. Nouember Carbaso indutus, Isidem colens, & oliuam terens. December ferens, appictis Saturnalibus. Hoc tamen nôris vnus mensis gestamina, sæpe etiam alteri vicino adiungi, vt moros Iulio, leporem Octobri, anserem Nouembri, & ita in cæteris.

Hæc sunt, AMICE LECTOR, quæ ad Imagines eas quas ex Manuscripto plerasque exprimi iussimus habebam. Nunc nihil restat, quàm vt ea quæ nobis aliud agentibus in Ciceronem & Auienum occurrerunt breuiter recenscamus. Id vbi factum erit, meæ vt puto promissioni, & tuæ expectationi abundè satisfactum erit.

FINIS.

HVGEIANI GROTII
NOTAE
IN
CICERONIS FRAGMENTA.

DVM in Germanico & Arato versor, Ciceronem etiam, ut par erat, cum cura perlegi. In cum pauca hæc annotavi, quibus, fortè quia ea pluris quàm reuera erunt æstimavi, lectorem nolui defraudatum. Ut autem omnibus instituti nostri constet ratio, non omnes hîc emendationes ex nuda esse coniectura profiteor, plerasquæ ex codicibus, veteribus præsertim: Collectis enim lectionum Variationibus cum iudicio de iis sum arbitratus: Eas hîc proferam cum ratione probandi vel improbandi. Quinimo si quando Cicero aut erit explicandus, aut notandus, ut qui sæpè Arati mentem non intellexerit, neque hoc prætermittetur. In textu nostro eam Fragmentorum editionem secuti sumus quæ vulgaris Ciceronis voluminibus solet annexi. Quicquid ab ea discrebat in hæc percursorias Notas lubitum est referre.

Cætera labuntur.] Omnes interpretes illud *ai ð* quod apud Aratum est exponunt, ceu sit *Αφροειδης*, cum sit magis *δενελειδης*: refertur enim ad *αφροειδης* quorum mentio in versibus Arati prioribus.

Duplici do cardine.] pro *duplucicardinis*, ut *fulgor ab auro* pro *fulgor auri*. Phrasis est Gallis & Belgis communi usu frequentata. Simile est illud *Dicitur esse Polus illi* quod infra est *Dicitur esse Helice*, & *dicitur esse Boötes & esse cathena Dicantur*.

Quas nostri septem.] versus hic extrâ Aratum est, à Cicerone adiectus. Simile est illud infra:

————— *nostrisq; Latini*

Orbem signiferum perhibebunt nomine verò.

Hæc fidunt.] Fieri non potest ut ita scripserit Cicero nisi ordinem Arati perturbavit. Respondet enim hic versus illi Arateo:

Τῆ δ' ἄρα Φαινύριος κίρκου: ἀφροειδης ἡλιδος ἑω.

At ante hunc versum præcessit sermo de Helice: ergo fieri non potest ut Cicero de Cynosura dixerit. *Hæc fidunt*, &c. Nam Grammaticorum regulis triū est pronomen *hoc* ad id quod *ἐπισημαίνον* præcessit referendum. Attamen ita citat ipse Cicero lib. II. de Nat. Deorum. Verum hoc quidem, sed Cicero versibus suis suo iure usus est, eosque ad præsentem sermonem accommodavit. Ita cum ipse scripisset:

Quampropter nitès pennis conuoluitur ales: tamen citat Quem propter, & pro:

Fervidus ille Canis stellarum luce resurgens, citat resurget: & pro Quàm gelido, &c. Tumo gelido: quia scilicet hoc ad institutum sermonem erat commodius. Nos *ἀρζαίνεις* *Se fidunt* reposuimus, cui simile est: *placere se studentibus* in Eunucho.

Subter superaque.] Non satis expressit Arateum *ἀπὸ τ' ἀμφότερα*. Altero versu legere malim: *conficiensq; sinus è corpore flexo*. Sinus verò sunt *αι ημικυβια*, *sinuosa volumina* Virgilio: Pro *renoluens* citat Priscianus *retorquens*.

Obstipum caput.] *Obstipum* est fulguritum: Sed *Obstipum, obliquum*. Ea vulgo malè apud Festum confusa legi, puto & alios monuisse. *Obstipum caput, λειδὸν κἀγν*. Licinius Imbrex. *Resupina obstipo capitulo sibi ventum fecere canicula.* Perius:

Obstipo capite, & sigentes lumine terram.
Horatius:

————— *sis Dauus comicus, atque*

Stes capite obstipo.

Malè & ibi & alibi *Obstipum caput* exponitur fixum, immobile. Melius Scaurus, *obstipum caput* exposuit, in alterum humerum reclinatum. Id docet, quod sequitur *tereti cervice reflexum*, quod planè pugnat cum vulgata interpretatione.

In caudam.] Ita nos legimus: hæctenus impressum est *in cauda*. Sed aliter legendum docet Phrasis, & illud Arati *ἀνὰ τὴν εὐρυτάτην ἐπιπέδω*. Ex repetitione est error, nam sequitur *Maiores*.

Hoc caput.] Alij habent quod *caput*. Nostra lectio Arateis optimè respondet *κεφαλῆς κεφαλαί*. Sed sequentia nullum habent sensum. Pugnant enim manifestò *paullum* & quod sequitur *subitoq;*: *Paullum* enim pro paulatim intellexisse videtur etiam Hyginus, qui ait: *Erecto enim polo Boreas, neque unquam occidente euenit, ut corpora quoque qua ei proxima sunt circulo, sero occidere videantur*. Et verum est Draconem, eiusque caput paulatim occidere, ut & Boörem, qui *δρακὸν* vocatur, & multo magis Cynosuram, ut & Aratus in Arietis signo ostendit: Et ratio est, quia suam *επιπέδω* quæ breuior eodem complect tempore, quo suam

suam multo maiorem ea sidera quæ in Zodia-
co sunt, vel Æquinoctiali. Eadem ratione Ara-
to Thuribulum subito dicitur occidere, quia
est apud Antarcticum circulum, ut caput Dra-
conis in ipso Arctico Arateo. Igitur illud quod
hic legitur:

Hoc caput hic paulum sese subitoq; recondit.
non minus falsum, quàm est absurdum. Et ta-
men omnes codices præferunt, unde iis non
nimium fidendum. Mihi hos versus cum curâ
legenti statim succurrit emendandum:

Hoc caput hic paulum sese subito aquare condit.
Verissima lectio. *Subito* Participium est, non
ἐπίπυγος. Literæ tantum sunt transpositæ *Sese*
condit, est *υῖξ*: addidit Cicero ad explicatio-
nem, aut ad versum subito aquare. Nam *υῖξ*
ut exponit Scholiastes est *ἰν' ἀνεγίς* & *ἀνεγίς*
ἔρασι *εἰξ*. Sed tamen Aratus non voluit
dicere caput Draconis æquor subire, sed strin-
gere potius. Sed nec ipse Hyginus mentē plenè
est affectus, sed Ciceronem, ut solet, secutus.

Partem admiscetur. Scio ita loquutos ve-
teres. Sed apud Hyginum non male legitur:

*Ortu ubi, atque obitus parte admiscetur
in vna.*

Alij habent, *partem miscetur in vnam*. Pa-
rum refert:

Quod tangens. Apud Ciceronem lib. 11. de
Natura Deorum legitur *Attingens defessa ve-
lus*, &c. Sed quia hoc cum præcedentibus co-
herere non possit, cum tamen apud Aratum
cohereat, vero est simile Ciceronem & hoc ad
suum sermonem accommodasse. Itaque *Quod
tangens* substitui *mareris* dixit, quia Aratus *μυ-
νάρη* *κωλινδῆ* *ἀρδῆ* *εἰσῶς*. Nam *mareris* est
κωκωκῶδῆν, *μυνῆν*. Sed *μυνῆν* apud Aratum
hoc loco est laborare, ut Avienus optimè tran-
tulit. Cicero admodum adolesemulus cum ista
composuit, significationes non bene distinxit.

Quod nixa. alij habent *quia*.
Propter caput Anguinentis. Alij hoc *ιου-
ριξος* non agnoscunt: Sed tamen non incom-
modè hic pertinet, ut in nostra interpretatione
Ciceronianis Fragmentis interpolata videre est.

Tali specie. Hæc Phrasis est *ἰαυμωτινῆ*: ut
apud Aratum hoc loco:

*Τῶν οἰ κειμῶν ἰαυμωτινῆς ἀγλαοῦ ἔργου
εἶδῃ.*

Et alibi: *τοῖς τοῖς ἔργου ἔργου*: Et sæpe aliàs.
Possunt sequentia ita applicari hoc loco, ut sit
ἰαυμωτινῆς, ut à nobis videbis stabilitatum.

Sub pectore. Vide an malis *sub pectore*. Sed
alterum est *ὑπὸ πλάγῃ*.

Tenetur. Alij videtur: *φάνη*.

Spicum illustre. Seruius ad Georgicor. 1.
Dicimus autem hic spicum, & hoc spicium. Cice-
ro in Arato:

Spicum illustre gerens insigni corpore Virgo.

Ipsè Cicero in libro de Senectute dixit *fundit
fruges spici ordine structas*: pro quo hodie per-
peram legitur: *fundit frugem spica ordine stru-
ctam*, ut apud Nonium Marcellum liquet. Var-
ro Lege Mania: *Neque in bona sagere nullum
est spicum nequam, neque in mala non aliquod
banum*. Masculino genere protulit vetus Poëta.

*Quasi per messim messor unumquemque spi-
cum colligit.*

Malebant serui. Citat Laetantius, ut & il-
lum qui sequitur paulò post:

Et Iouis in regno, calig. in parte recepta est.
quem nemo vnquam ante nos obseruauit.

Ferrea. *χαλκῆ* Cicero Ferream interpre-
tatur. Rectè: nam & Homerus τὸ *χαλκῆ* vo-
cat *οἰδύγῃ*, & Hesiodus pro ferro hastæ, & pro
securi, & pro vomere vsurpat.

Ausacq; funestum. *Ensem funestum*, dixit
μᾶρ *χουγῆ* *νεκρόσφῃ*, & *δυσήλο*, ita enim iam
apud Aratum legendum succurrit, pro quo
vulgo malè *εἰσὸδ ἰκο*.

Manu victum. Alij *vincitum*: malè. Manu
victus bos est *χέγῃς*, *χέγῃς* *μῆ*, mansuetus,
manum patiens.

Hoc motu. Vix hunc versum in fasimus. Vi-
detur autem Cicero ipsum signum *motum* di-
xisse, ut Germanicus:

Et utiam propiare Deum cognoscere motu.

Sub laua Geminorum. Interposui hic vo-
cem *Is* ob sensum necessariò desideratam, pro
obductus contra omnes codices *abductus* legerim.
κταλῆ inter alia obductum, vel auer-
sum significat. Apud Germanicum legi possit:

Ipsè ingens auersus abis Laua Geminorum.

Helice truculenta. Lego contra codices.

*Aduersum caput huic Helice truculentis
tuetur.*

Aratus *ἰλινῆ* *οἰ ἀνεγ κηλῶν* *ἄρην* *διδέει*.
Truculenta est *ἰσπίπυγος* Græco more.

Lauum humerum clara obrinet. Alij *hume-
ro*. unde legendum videatur:

At Capra lauo humero clara obrinet.

Andromeda aufugiens. Alij *fugiens* alij *ef-
fugiens* habent.

Eternum ex astris. Ita omnes codices. Ma-
lim tamen:

Ethereū ex astris cupiens connectere nodum.

Ita alibi:

Quam veteres soliti Calestem dicere Nodum.

E quibus hunc. Ita legendum non huic ut
hactenus est editum. Nos eleganter hæc supe-
rioribus annectimus.

Iam cali. Ita codices. Sed malim *Nam cali:
& sequentia* ita legerim:

Chela, tum pectus quoque cernitur Orionis.

Claro. Alij *clara*. Bene autem locat. Delto-
ton sub pectore Andromedæ. nam stella illa
quæ

quæ in capite est trianguli stellam eam quæ in cingulo Andromedæ est, & Mizar vocatur Arabibus, proximè respicit.

Nam non minor illis.] Lege: nanque est minor illis, cum veteri codice: Germanicus:

— vnus breuior, sed clarior ignis.

Vehementius illo.] Rectè. Alij habet illi, alij illo. Pralabitur.] alias prolabitur.

Horrissonis.] Alij horrisferis: Auienus:

Horrisferis Aquilonibus illa rigeant.

Germanicus: sub horrisfero Aquilone.

Atque horum.] Melius est, Atque horum è caudis, &c. Sequenti versu *luminis* melius est quàm *liminis*. Tertio versu tandem satius, quàm *tamen*, & quarto vitumne *Quam* an *Quem* malis parum refert.

Si quasere.] *Quasere* pro *quarere* vt Ennius in Annalibus lib. 11.

Ostia munica est: idem loca nauibus pulcris.

Munda facis: nautisq; mari quasentibus vitam.

Idem alibi:

Dicit me uxorem liberorum sibi quasendum gratia.

Et alibi:

Liberum quasendum causa Familia matre tua. Sed cur hic *quasere* legimus, præsertim cum Aldina editio ex quo hæc lectio efficta est habeat *si qua exere* vnde facilius *si quarere* feceris, quàm *si quasere*. Frustrà affectatus est ab emendatoribus *apxaiwos*.

Epedibus natum.] Lectio hæc ex Aldina similiter efficta est, quæ habet:

Epedibus natum summo Ioue Perses es pro:

Epedibus natum summo Ioue Persa vises.

quæ vera est lectio.

Quem summa.] Aldina habet *Quam*. Siue *Qua* siue *Quem* legas parum refert. Sensus est idem, qui illis Arateis.

Αυτὸς ὅς ἐκ τῆς γῆς πέσῃ.] *Αὐτὸς ὅς ἐκ τῆς γῆς πέσῃ*.

De terra lapsus.] In hoc versu multoque magis in sequenti variant lectiones. Nos antiquissimam, quæ Aldina est, ex qua reliquas monuimus effiguratas, referemus:

Puluerulentus vti de terra lapsus repente.

In calum victor magnum sub culmine portat. Considera hanc primum, & deinde aliis lectionibus omissis mecum sic emenda:

Diversosq; pedes vincos talaribus aptis,

Puluerulentus vti de terra elapsus repente.

In calum vector magno sub culmine portat.

Ea quæ occidunt rerum Astronomicarum auctores in terram ruere dicunt, vt contra orientia ex terris in cælum redire. Id in Germanico Auienoque videre sæpe est. Hæc ratione Cicero putauit Arato Persæ orientem describi, ideoque *νεγυρεπιδος* appellari. Eum locum alij quomodo explicent alibi ostendimus. Hæc Tullij erat mens. De terra elapsus dicit pro de terra ascendens, eadem ratione qua alij cælum

profundum dicunt, & mare altum. *Victor* legendum non *victor* vt hastenus apud omnes. magno sub culmine *apxaiwos* dictum est, pro magnum sub culmen. Nam veteres illas (vt vocant) præpositiones *In*, *sub*, *super*, nullo omnino discrimine cum accusandi, & auferendi casu extulerunt. Simile est illud Maronis: pulchro veniens in corpore virtus.

Dignant.] Alij *signant*. *Dignare* apud Ciceronem quater, aut quinquies in soluto sermone inueni. Virgilius dixit.

Coningio Anchise Veneris dignate superbo.

Accius Neoptolemo:

Sed quem mihi iungent, cuiq; tu ubi fueris, dignabor dari?

Idem Atreo:

Egone Argiurum imperia attingam, aut Pelopis digner domo?

Quoi me ostendam? quod templum adeam? quem ore festo alloquar?

Quod & *astatis*.] Alij ad *astatis* melius. Sed legendum:

Propterea quod & *astatis* primordia clarat, Clarare etiam Horatius dixit, λαμπρύνειν.

Conuexa.] Alij habent *connexa*. Sed Cicero scripsit *conuexa*, *συγκυρῶσα*. Hoc dubium esse non debet, licet pugnent codices.

Infirmis.] Vera lectio est:

Mercaturus paruis manibus quam dicitur olim In cunis fabricatus.

In cunis vt Aratus *παρὰ λίμνῃ*, Lucianus *ἐν τοῖς ἀρραγῶσι*, Theon, *ἐν τῇ κοίτῃ*.

Qua.] Alij *Hæc*.

Nanque est.] Rectè *ἔστ*: ἄρ. Arato. Sed Cicero lib. 11. de Natura Deorū citat *Inde est ales* auis suo more suis versibus suo iure immutatis.

Sed medicore iacis.] Non intellexit illa Aratea *ἔστ* *ἐστὶν ἕλξ*. Ideoque omisit. Paulò post *vermens* scribendum *apxaiwos* omittenda aspiratione.

Labens geminis.] Aldina editio habet *labens multis*. *Labens* dictum vt supra:

Pauo labentes lumine lucent.

Sed *multis* mendosum est. Alij legunt *geminis* aut *binis*: Nimis fidenter. Scripsit fortè Cicero *mutis*. *Mutos Pisces* post Tullium dixit Romanæ fidicen Lyra: & fortè legendum apud Germanicum:

Procul à mutis quæ Piscibus vnus

Vincula connectit nodus.

Hodie *amotis* legitur: Effet itaque à *Piscibus* dictum pro *nodus piscium*, vt fulgor ab *auror* quod supra annotauimus. Sed si recedendum foret ab Aldina lectione legere non immerito possis *utrisque Equus ille tenetur*. Nam vox illa qua ob primæ syllabæ sequentis dictionis inuersæ similitudinem omittenda possit videri. Hyginus summus Ciceronis imitator de Equo ait: *Et utrisque Piscibus clausæ.*

Cornix

Cervix mulcetur.] Aratus dixit *αἰγῶν* d' *ἄγροι* *αἰφῶδῃ*, &c. Cicronem Hyginus sequitur: *Αἰγῶν* manuum dextram cervicem suam contingens. Hodie *conjugens* legitur. Idem error eodem in auctore & alibi commissus.

luffit equinit.] Legendum:

Serius hac obitus terrarum visse equinis.

Dixit Aratus: *ἰ δ' ἐπιδῶν αἰγῶν* *Τέλει*. Id quomodo intelligendum sit Theon exponit. Sed non tantum Cicero, sed & Germanicus aliter legerunt. Fortean pro *ΤΕΛΑ ΕΤΑΙ* habuerunt: *ΤΕΛΕΤΑΙ*, hoc est *ἔλει*. Nam *ἐπέλει* Aratus alibi posuit pro occidit. Deinde quod sequitur *ἰσὸς* *ἔλει* similiter descendit, siue occidit interpretati sunt: Fortè etiam pro *ἔ* legerunt. Ita ut illorum Aratorum:

ἰ δ' ἐπιδῶν αἰγῶν

Τέλει, *αἰγῶν* *ἰσὸς* *ἔλει* *ἰσὸς* *ἔλει*

secundum illorum lectionem, & interpretationem hic sit sensus:

hic posterior Capricorno

Occidit atq. prior descendit ad infima terra Cormiger aequoreus.

Hactenus conveniunt Cicero, & Germanicus. Sed Cicero illud *ἰ* de de Equo intelligit, Germanicus ni fallor, de Aquario: Eius versus à nobis emendati hi sunt:]

Dextra manus, laevae qua fundis Aquarius erit. [detur

Quo prior Egoceros semper properare vi-Oceano merfus sopitas condere flammis.

Cicero verò ait:

Serius hac obitus terrarum visse Equi vis.

Qua gelidum valido de corpore frigus anhelans

Corpore semifera magna Capricornus in orbe.

Et non malè addidit magno in orbe. Nam Capricornus in Zodiaco est, non Pegasus. Sed Arati mentem non hi tantum, sed nec Theon satis cepisse videtur. Nam Solentis noster per *ἰσὸς* non semper *oriri* intelligit, sed & alibi, & hic melius *lucere* interpretaris. Itaque si redeas ab Austro ad Boream *ἰσὸς* *ἔλει* *ἰσὸς* *ἔλει* ut Theon loquitur, posterior lucet Capricorno Aquarius, Capricornus Aquario prior, & ad inferiora inclinatio. Clara est sententia. Interpretaberis itaque, meo iudicio, non malè hoc pacto versus Arateos, quos supra retuli:

Sed Aquarius Egocero esse

Posterior, contra Egoceros prior esse videtur,

Adq. Notum inferior

Frigus anhelans. Q. Cicero. [corni.

Bruma gelu glaciens in mare exspirat Capri-

Contraquet tempore cursum.] Alij cum tor-

quet malè. Pro cursum alij currum. Non im-

probo. Ita & alibi.

Curriculum nunquam de se so corpore sedans.

Tunc firmat remulo.] Alij fissum: Lege:

Tunc fissum remulo q. fr. corpus.

Sed tamen anniam.] Aldina habet. *Sed tamen iam* anni immutatis paululum, & repetitis vocis præcedentis literis. Ego libens legerim repetita syllaba *ἀννίω* præcedenti, hoc pacto:

Sed tamen en anni labuntur tempore toto.

Annus est gignendi casus non rectus pluralis. Deinde *labuntur* refertur ad nautas subaudito nominatio, ut & apud Aratum. *Labuntur* dixit, ut antè:

Nam non longinquum spaciū labere diurnum.

Atque etiam supra navi.] Non est locus alius in Arateis Ciceronis depravatio. Eum ego sic restituo:

Atque etiam supero, endo mari, pelagoq. va-

gatus

Mense, Sagittipotens Solis cū sustinet orbem,

* * * * *

Nā iam tū minus exigua lux tēpore præsto est.

Hoc signū veniens poterunt præscere nautæ.

Iam propè præcipitante licetbis visera nocte,

Ut sese emergens ostendat Scorpium alto,

Posteriore trahens flexura vi corporis arcum.

Supero mense dixit pro superiore, *ἐν τῷ ὑπερῷ* Arato. Ita infra: *superis præstare duobus diebus*, ubi malè legitur *superis*: Ita & Avienus locutus est, & Capella *Posteram* dixit pro posteriori. Versus vnus, aut alter, ut vides, deest, talis fortè qualem nos in nostra interpolatione immiscuimus, aut talis:

Subducas fissam, veniet cum vespere, navi.

Hoc est *ἰσὸς* *ἔλει*. Versu sequenti *tum* substitui, pro *cum*, ut & versu secundo plerique codices malè *tum sustinet* habent, pro *cum sustinet*. Postea pro *iam* lego *Nam*: & pro *præcipiti ante* substituo *præcipitante*, pro *nocti, nocte*. Deinde lego *emergens ostendat*. Ita citat ipse Cicero: neque vlla erat immutandi causa. Ordo est, *Ut Scorpium emergens alto sese ostendat*. Sed quia hoc non intellexerunt exscriptores, mutarunt. Pro *alto* quoque in omnibus codicibus *altè* legitur. Cicero *ἔλει* apud Aratum non benè Arcum interpretatur, quamlibet assentiatur Germanicus: melius Festus *solum*. Nam telam Sagittarij aculeo Scorpj est proximum: itaque simul oritur, ut Theon docet.

ad summum versarier orbem.] Legisse puto Cicronem non *ἄρῳ* *ἔλει*, sed *ἄρῳ* *ἔλει*. Sententia recta est.

à palma.] Aratus *ἄρῳ* *ἔλει*. Sed lectio hæc ex officinâ Morelliana est. Nam non Aldina tantum, sed & alij omnes vetustiores codices habent *à prima*. Possit legi elegantium Metaphora *à ripa depulsus ad undas*. Nam *umbra* quod hic quidam habent codices non probò. Versu præcedenti quoque malim pro *cōditur ante legi altè* vel etiam *cōditur alio, misso remocans.]* Non dubium est legendum

missore uacans. Auienus: Inseta nam domini est. Versa sequente penna, pinna, pennis, an pinnis legas nihil refert.

Et clinata.] Alij Hac clinata. Igniferum mulcens.] Alij ridiculè mulcens. Suprà quoque dixit:

Huic cernix dextra mulcetur Aquari. Non minus.] Legendum Non nimis ingenti cum corpore. ἄρατος ὁ μύθεα. Paulo post deesse videtur versus unus, aut alter, aut omninò non intellexit Cicero illum Arateum:

— χαλεπὸς γὰρ ἐξ ἄλδς ἰλθαῖν
νυκτὸς ὠφέλιμος.

Tum magni curuum.] Curuum vocat Delphinum, quia in dorso Gibbum habet, quem admodum & Pistrix, & alia Cetosa. Curuatram vocat Hyginus: aut ob caudæ flexus.

haud nimio.] malè alij aut nimio: lata tenui.] Legendum: latè tenui.

Aquilone locata.] Lego: Sunt inter partes gelidas Aquilonis locata.

Non praterendum est, quod antè nos monuit Scaliger, Aratum non intellectum à Tullio adolescente. Nam Aratus hoc loco μετέωρον facit δὸν τὴν πορείαν εἰς τὴν νότα. Sed Cicero per τὴν γὰρ αἰ intelligit stellas in priore Delphinæ parte sitas, siue, ut ipse loquitur, in fronte, & in ore, cum re verà in ore nullæ sint, & τὰ δὲ γείοντα interpretatur partem eius inferiorem. At enim:

At pars inferior Delphini fusa videtur. Ita legendum, non fusa. αἰ. x.] dixit Aratus.

Simul inier.] Simul nouiter Cicero pro copula accipit. Ita suprà:

Electra, Steropæque, simul sanctissima Maia. Hoc semel dixisse sufficiat, neque enim lubet τὸν ὄλεον.

Quem qui suspicet.] Legendum est: Quem qui suspiciens in calum nocte serenâ

Loquens dispensum non viderit, haud ita verò cetera se speret cognoscere si qua potesse.

Aratea sunt. — μη κείον ὄλεον καὶ τὸν ἐνὶ τοῦτῃ τὴν ἀνὴρ ἡμῶν παρὰ τὴν γὰρ αἰ.

Ὁ δὲ γείοντα εἰσέρχεται ὡς φησὶ τὰ ἐν ἡμῶν.

Sed Tullius legit ἀμα, & ὄλεον interpretatus est ὄλεον ut alibi monuimus. Περὶ τὴν δὲ dispensum transiit, non dispersum quod pertinaciter referunt omnes codices. Nos etiam alibi περὶ τὴν δὲ in hac significatione sumi notauimus. Locus hic optime est restitutus.

Namque pedes subter.] Ita Auienus: Talis ὁ ἴψο virū gemina ad vestigia custos

Insequitur. Sed alia est Arati mens: qui cum Canem sub dorso Orionis collocasset, subiungit:

— ἀμφοτέρωθεν κείον τὸν τὸν ἰσθμῶν
indicans videlicet cum pedibus posterioribus inniti. Itaque illud τὸν τὸν ἰσθμῶν ipsius Sarij pedes spectat, non Orionis.

subter praecordia Vesper.] Scriptum fuit abbreviatè VER, pro Venter. Aratus ἔχει ἀντὶ τὸν Γαστήρα κείον. Sed regis valere non potest: reponc tenet aut gerit, ut sit:

Hunc gerit obscurus subter praecordia venter. Versoto.] Ita Aldina editio, pro Nes toto:

nam R pro T error est frequentissimus, V pro N in hoc fragmento non rarus. Ita pro vi corporis antiqui libri habent ne corporis, pro Equi vis, Equinis, & similia alia. Exprimit hinc Arateum illud:

Αἰὲν ὁ κείοντα πρὸς ἀντὶ τὸν
in lumina cali.] melius: in culmina cali.

Oriona iacet.] Legendum est. Hinc propter, subterque pedes, quos diximus ante

Orioniacos leuipes lepus. Ante non est ἀγέτης, sed ἐπιπίπτης. Benè quos diximus ante: nam suprà habuimus: Namque pedes subter &c. Cum dicit leuipes lepus coniunxit ἐπιπίπτης cum nomine. Nam L. Aelius scripsit Leporem dictum, quod sit leuipes, quod à Varrone sæpè reprehenditur, & ab Isidoro refertur. Sed Graeci δὲ qui in Sicilia erant λέπτερον dicebant: itaque inde potius descendit vocabuli origo.

oriens iam denique paullo.] Alij plerique paulum. Nescio an legendum sit.

Præcipitante agitans, orientè deniq. paulum. Denique, simul, tum, similesque particulas pro copula vsurpat Cicero. Sensus itaque est. Canis leporem insequitur occidentem agitans, & paulum iam ortum. Ita conuenit Arato: alias ipse sensus non constabit.

pralabitur Argo.] alij prolabitur. Conuersam.] Alij malè conuexam & infra conuexa, pro conuersa, Dicitur Arato τὸν ἀντὶ τὸν κείοντα, & πρὸς ἀντὶ τὸν.

Ponderè prorsus.] Lege: ut in alto ponere prorsus ante solent.

cali semper loca.] Lege: cali se per loca portat. Ita alibi:

At propter se Aquila ardeti cū corpore portat. Versus hic deest apud Hyginum in Fabula Argonautarum ubi omnes hi versus citantur. In eo versus penultimus quidem Naui loquitur imperfectus ponitur hoc modo:

Inde gubernaculum * * * * *

Postea homines inepti supplerunt tendens à puppe volanti. Ridiculè nam eam lectionè quæ in vulgatis est rectam esse nō est dubitandum.

Constringere portus.] Hyginus citat constringere. Et ita plurimi codices, Aratus ἔχει τὸν τὸν ἰσθμῶν.

Auersumque.] Ita omnes codices. Tu lege: Auersumque trahunt. Germanicus:

Auersumque ratem vetis dantur ad oram perlight.

cum lumine clara.] Alij clara cum luce videtur.

cur. Nam quod in versu præcedenti se & ne pro
sano, & calu pro celsum legitur nullius est pretij.
vestigia sondit.] Lego cum Hygino: vesti-
gia tangit.

Usque sssam.] Aldina in sssam vnde, si vul-
gata non placet imitam potes efficere. Inire,
est insequi.

squammosi.] Melius squammoso, & ita citat
ipse Cicero lib. II. de Natura Deorum. Versu
sequenti alij habent:

Fluminis illustris tangentem corpore ripas.

Bene: Fluminis illustris, πῶς αὐτὸν ἀπὸ τοῦ Ἰσθμοῦ Ἄρατ.

Serpentem poteris.] Ita supra: serpens prola-
bitur Argo. Cicero citat. Serpentem aspicias.
Sed non ita scripserat.

Flumine mixta.] Deceptus est Cicero eo
quod Aratus post Fluvium de Nodo tractat:
Itaque τὰ λίνα ait Flumine misceri, quod ni-
mis absurdum est. Nam Pistrix media est inter
Nodum vinculorum, & Eridanum. Sed iuvenile
est erratum. Et tamen Auienus quoque dixit:

Fusaq; qua geminos astringunt vincula Pisces
Eridani cœnant intractibus. —

Hic.] Malè alij Hæc, vel hanc. Malè pro ne-
stantur, vertuntur, & pro iacit, iacet.

Pistricis spina.] Alij ex hac lectione elicue-
runt Pistrix è spina nullo sensu. Atqui nullo
labore poterant conicere legendum:

— quam iacit ex se

Pistricis spina, euasida cum luce resurgens.
Nam euasidum dicere non minus licet, quam
euasere & euascescere simili significato cum vo-
ce primitiua.

Contegit omnes.] Ita supra:

Hanc Aries tegit, & squamoso corpore Pisces.
Ibi dixerat Aratus τὸν κελύπτει καὶ ἰχθύων ἀμφο-
τέροις vt hic τὸν κελύπτει λαγυῖ.

Nam qua sideribus.] Lege: Nam quas, &
postea Hasille: Formas enim nominat.

astrorum custos.] Græcorum more, qui Ob-
seruare dicunt φυλάσσειν. Est itaque ἄστρον φύ-
λαξ astrorum obseruator.

paruo sub calmine fusa.] Lego cum antiquis
codicibus paruo cum lumine fusa: Vox illa sub-
spuria est, duæque illæ dictiones cum lumine
in vnam coaluerunt ob repetitas literas.

clarere figurâ.] Lege: clarare figurâ. Ita su-
pra: ἀστῆρῶν primordia claras. Idem in libro de
suo consulatu dixit:

Iuppiter excelsa clarabat sceptri columna.

Lucrætius:

[nobis
multaq; in his rebus querendum, nullaque
Clarandum est plane si res exponere auemus.

Ansonius: veteres qui claras Athabas. Clarare
actiuum est; Clarere neutrum, vt vocibus vix
Grammaticorum.

sub pedibus strans.] Alij parasas. Ita supra
fusa, parasasq; videntur.

Emulis tamen his.] Aldina non malè: E
multis tamen is.

sub magnis pedibus.] Alij magni.

flumine Fontis.] Ita in Germanicum Notis
legendum docuimus, non lumine. Astipulan-
tur nonnulli codices.

Et tenues.] Aldina Etenus. Vera est lectio
Ha tenues, vel Ea tenues Ἡ οὐραϊστῶν. Pro
Aquarij alij melius habent Aquari: Aratus: τὰς
πῶς τοῦ κελύπτει ἰσθμοῦ. Sed tamen & hæc lectio
sustineri potest. Nam & Aqua à nonnullis
Aquarium, seu κἀδῶν vocatur. Vide quæ ad
Imagines annotauimus.

sive nomine condunt.] Lege cadunt. Videtur
Cicero, vt Germanicus pro ΔΙΝΩΤΟΙ apud
Aratum ΔΙΝΩΤΟΙ legisse, vt & alibi an-
notauimus. Sed Cicero ea quæ de Corona Au-
strali dicuntur omninò non intellexit.

Iupiter hunc paruum.] Lege contra codices,
& distingue:

Arctura magnū spacium super à dedit, orbem

Iupiter huic paruum inferiore in parte locauit.

Spatium & orbem vocat arcum illum qui ab
Orientali Finitoris Signo ad Occidentale per
datum Signum ducitur. Metas vocat Cæsar.

Nam cum fulgentem.] Non cepit hic Cicero
Arati mentem, vt alibi ostensum est.

subitis auris.] Nescio an scripserit Cicero:

Ni parte ex Aquilonis opacam pellere nubem

Caperit, & subitas auras diduxerit aura.

Sanè non ineleganter ita potuisset scribere, hoc
sensu. Nihil est quod illas tempestates demul-
ceat, nisi aura superueniens subitas illas auras
diduxerit, Borealis videlicet Australes. Confer
cum Arato: videbis eam esse sententiam. Sed
tamen Cicero tam in sequentibus quam præce-
dentibus eadem quidem dicit quæ Aratus, sed
aliquantò parcius.

medio in celo.] Auienus: Medio sub tra-
mite cali. Germanicus: medium scandens iter
atheris alti. Nimirum punctum medium in-
telligunt arcus illius qui inter duo Finitoris
puncta dicitur, vbi videlicet ipse arcus à Meri-
diano intersectatur. Hæc est, quæ mediam
cali viam dicunt. Nam Centaurus omninò
illis non potuit προεγγεῖν.

caligans vestiet umbra. Legendum cenfeo.

Atque Aram tenui caligo vestiet umbrâ.

Caligo est vix Arato.

Ad signorum obitum.] Cicero Fauonium
ponit, vbi Aratus Eurum. Sed sine dubio Ci-
cero apud Aratum non legit ἄστρον, sed ζυγό-
εγχο: Ideo quæ Fauonium transtulit. Nèc malè
addit ad Signorū obitum. Nam Fauonius est ad
Occasum Siderū, cumque, si proprie loquimur
Æquinoctialem, cui opponitur Subsolanus.

Quæ sese claro.] Ita Aldina. Et tollerari hoc
potest, vt ipse Centaurus hoc epitheto ornètur.

Alij *clarè*, alij *clarum* habent.

Coniungere.] Citat ipse Cicero lib. 11 de Natura Deorum *submergere*. Sed & hic & illic libri sunt corrupti, legendum iis postpositis exlectionum mixtura:

Cedit, Equi partes properans subiugere Chelis. Eleganter. Aratus: *ἰσχυροῦ δ' ἰσὸς ἐφίει χελυῖ ἰχθυον.*

Hic dextram porgens.] *Porgam* pro *Pocrigam* veteres dixisse Festus testatur, ut *surgo* pro *surrigo*. Sed Aldina editio non habet *porgens*, sed *porgens*: Id ego non improbo, nam simili modo & alibi *labens*, & *sarpens*, & *se portans* dicit. Sed dices unde regitur *ῥὸ Dextram*: Nimirum à sequentibus *Tendis* & *cedit*. Nam *Cedere* dextram eleganter dicimus, unde celebre illud in fabulis *Cedo manus*. Possis tamen *cadit* legere *ἢ διὰ τὸ φοῖον* ut ad *Feram* referatur, quæ Hostia dicitur Hygino. Et hoc verisimile est, licet pugnent codices, quia addit *truculentus* hoc est *φαιδός*, ab eo fonte à quo & *trucidare* dicimus.

infernis de partibus] Illud quod apud Aratum est *ἄσπετος* Tullius interpretatur *infernis de partibus*: Auicenus, *Desuper*: Theon *ἀσπασαν* vocari ait *πῶ ἀναβλή*, qui eodem loco etiam pro occasu sumi asseuerat. Ita vox vna non tantum diuersas, sed & contrarias habet significationes. Ego *ulterius* transfulerim.

ad terga Nepæ.] *Cancerum* hic à Cicerone *Nepæ* vocari alibi tradidimus. Itaq. eo te relego.

Extremum.] Cicero citat *Extremam* ut ad *Hydrum* hæc vox, non ad finem referatur. Aut hic, aut illic erratum est. *Nitens* dixit, ut supra:

Ille tamen nitens grauiter vestigia ponit.
ut & alibi sæpè.

Rostro tundet.] Male alij *Rostro* *tundet*; Ciceronis imitator Hyginus: *sustinet. in dorso coruum rostro corpus eius tundentem.* *ἄσπετος* dixit Aratus.

Antecanem.] Lege *Ante-canis*, vel ut Scaliger *ἄσπετος Antecanes*. Sed alterum etiam apud Plinium reperitur, neque melius possit transferri Græcum *Προκύνον*.

Eternamq. volens.] *Transponendi* sunt hi versus hoc modo:

Hæc sunt quæ visens nocturno tempore signa,

Eternamq. volens mundi cognoscere motum,

Legitimo cernescatum illustrata cursu,

labiet orbis.] Melius *orbem*.

portata feruntur.] Alij *protrusa feruntur*.

Quid si portata feruntur.

Sic malunt.] Alij *Sed malunt*.

Hæc faciunt.] Legendum *Hæc faciunt*: Nam dixit *Quinque solens stella*.

Quorum ego.] Aldina habet *Quare ego*: Scriptum fuit. *Quar. ego pro Quarum*. Nam, ut dixi, *stellas nominavit*.

totos euoluere.] *Mauult patet sortos*: Et vero est simile.

certo voluuntur.] Alij *euoluuntur*.

edicam.] Aldina editio habet:

Fixa simul magna sedem gentibus orbis.

Clarum est, esse syllabæ defectum: Sed scriptū fuerit, *magnos edem*. Nā vitata est ex scriptoribus isthæc abbreviatio. Legendum itaque:

Verū hæc qua semper certo euoluuntur in orbe

Fixa, simul magnos edemus gentibus orbis.

Nota est Poëtarum phrasis *edere populis*, & *vulgare gentibus*. Simul ut alibi monuimus *copulæ* est loco. Neque te moueat quod hic in numero loquatur plurali, cum supra in singulari dixerit *Quarum ego nunc nequeo*. Nam hic nouum est *ἄδω*, & si hoc non sufficit Auicenum vide qui in eodem hoc loco numeros confundit. Plura exempla adferre possem, si tanti foret nugari.

Amplexi terra.] Lege *terram*, vel *terras*.

volitantia lumina.] Apud Aratum ita legit Cicero:

Ἄσπετος ἀσπετος ἄσπετος ἀσπετος ἄσπετος.

Σήματα δ' ἴσ' ἠέδ' αὖ τ' ἄσπετος ἰσπεδ' ἴσ' ἄσπετος.

Facilis est lapsus *ΑΣΤΡΑ* pro *ΜΕΤΡΑ*. Deinde Cicero per *Σήματα* non significationes, sed sidera, quæ *Signa* vocantur, intellexit.

Tum multos orbis.] Aldina *Tum magnos orbis*. Ita supra *magnos edemus gentibus orbis*.

nodu celestibus aptos.] Idem Cicero lib. 111.

de Natur. Deor. *qui tam certos calis motus, tam statos astrorum ordines, tamq. inter se omnia convexa & apta viderit*. Et in *Tusculanis*: *Fulgentem gladium è lacunari sessa equina aptum*. Vt ut sæpè Ennius, Virgilius, Lucilius, Lucretius; quin & Accius, Salustius, & Varro. Locos complures apud Nonium reperies. Quærenda est huius verbi origo.

Apere antiquis erat vinculo comprehendere, *συναρπάζειν*. Inde fit *apex*, ut Festus monet. Inde fit *aptus quæ ἀρπάζει*, quod proprie colligatum significat, sed *ἄσπετος*, pro eo quod Græci *ἀρπάζειν* dicunt sumitur. Aliud est *aptus* ab *apiscendo*, de quo hic loquendi nō est locus. *duo cernes.*] Ita Virgilius:

Si duo praterea tales Idæa culisset.

Terra viros.

Nec sic.] Ita vetustissimi codices, pro quo alij *Nam si* reposuerunt. Ego putem non male legi posse omisso ultimis litteris: *En, si nocturna, &c.* Iuvat meam coniecturam quod codex quidam vetus. *Et se habeat*. Pro *cognoscens* omnino *conuiscens* legendum. Nam *visere*, & *conuiscere* sunt verba Poëtica Ciceroniana.

hic nimio.] Aldina *in nimio*. Vnde non male videri possit, pro *hic*, & legendum, ut & *reclis* sequenti, vbi Aldina editio. *Hic non perpetuum* habet. Pro *notantur*, sunt qui *vocantur* habent. Ego

Ego rotatur quod propius est substituam, ve sit.

Lacteus is nimio fulgens candore rotatur.

Nimio valet magno: vt supra: haud nimio lustratus nitore: Item Haud nimis ingenti cum corpore, hoc est, valde ingenti.

Hic non perpetuum.] Legisse puto Cicero- nem, aliter quam nos, in Arateis:

Τὸ δὲ τὸ ἄριστον μὲν ἀρίστην ἐστὶν ἢ τὸ κῆλον Διόνειον.

illustratum genus ardens.] Lege:

Ora petens Geminorum illustria: sum genus ardens.

at de Andromeda hic.] Lego:

at Andromeda hic dextra de parte tenetur.

Sed quæ hic apud Aratum sequuntur, à Cice- rone sunt omissa, nisi quid desit. Versus ille Cui manus à me est non à Cicero. Operæ Typographicæ in caractere errantur:

clinato corpore tergum.] Legisse videtur Ci- cero apud Aratum:

Ὁπλῆς δ' ἰσπίου τὸ κατάστρονον ὀπίθετον

Ἀκτῆς ἑωὶ κεφαλῆς, καὶ οἱ σ' ὀπίθετος ὄμοι

Ἀυτοῖς ἀνδρόντων ἐλατάμοι δὲ κῆλον.

Imò Auicenus etiam non legit ἑωὶ ἄνω. Nam vertit:

perstringitur Ales ab ipso

Verticis extremo.

Connicitur.] Possit legi Conneditur. Sed quia & aliis in locis sic legitur, nihil ausim mutare.

Conuertit & orbis.] Ita codices nullo sensu. Legerim libens:

At verò totum spacium conuertit Orbis

Magnus Leo, & claro collucēs lumine Cancer. Virgo circulo Canceri est Australior. At Leo totum ἀδελφότητος circuli quod sub se est contegit, vt & Cancer. Ἐπὶ δὲ τὰ ζώδια ἐστὶν ὁ κῆλον. ἀντὶ δὲ ἰσπίου] ἰσπίου, vt Theon docet. Notanda verò ista, conuertit pro vestit

collucens pro lucens, connicitur, pro nititur & si- milia. Notanda inquā magis quā imitanda.

medio distinguens.] Deest in Arato illud vn- de hoc expressum est, Sensus esse videtur Solem

Solstij æstiuus tempore medium esse inter Ar- cticum, & Eclipticam. Hoc vult Germanicus:

Tunc habet arberij cursus fastigia summa,

Erectoq; Polo Phœbus non applicat unquam.

Candenteis curru.

Et Auicenus:

neque celsum semita in arcem

Sideris erigitur.

circo disiungitur ipso.] Hæc mutila esse ple- rique existimarunt, quos ego securus post hæc

voces duos versus interieci, hos nimirum:

Subter restarunt caua tegmina, & inuis, & extra

Lumen habens: saui sed vis horrenda Leonis.

Sed Typographi vt superiores, ita & hos versus à Ciceronianis alio characteris genere non di-

stinxerant. Nunc verò bene cogitanti mihi ap- paret nihil hic deesse, si hoc pacto, quod vero est simile, legatur.

Hic totum medium Circo disiungitur: isse

Pectoribus validis, atque alno possidet orbem.

Hic nimirum Cancer, à Circulo Æstiuo δι- χηλῆς. Sed iste, Leo videlicet, orbem possidet ὀπίθετος, ἰσπίου. Vide Aratum. Cætera quæ Aratus dicit de oculis Canceri non minus à Ci- cerone quam à Germanico (vt in nostris ad illum Notis docuimus) sunt omissa: siue quod ea in libris quibus illi vsi sunt deessent, siue quod illis, vt multa alia, superflua sunt visa.

Alter ab infernis.] Aldus habet:

Alter ab infernis Austru conuertitur auris

Alij omnes:

Alter ab infernis Cancero conuertitur austris.

Ego conieci duos versus in vnum coaluisse: ita- que restitui ex coniectura.

Ille quidem à Borea Cancero conuertitur auris

Alter ab infernis contrā conuertitur Austris.

Ansam errori dedit Hemistichij posterioris si- militudo. Confer cum istis Arateis.

Αλ' ὁ μὲν ἐν ἑσπέρῳ ἀπὸ κάρκινος ἐστὶν αἰ.

Αλ' ὁ δ' ἀντιόωυ τὸν αἰ.

Itaque iam bene cohærent ea quæ sequuntur

Distribuens medium, &c. pro quo alij Ast ab- ter medium legerunt, quia videbant aliàs cum superioribus non cōnecti. Sed eorū tam ἀσχετῆ- risu digna est, quam audacia indignatione.

Caruleaq; feram.] Alij fera. Lego:

Caruleamq; fera caudam Pistivis.

crabro cum lumine.] Aldina crabro. Lego

claro vt alij habent. Sed illud quoque Argoli- cam non placet. Legendum est:

Argoam retinet claro cum lumine Naxom.

Verissima emendatio.

Condens.] Legendū est Cedens πύργου ὄψους.

Similem errorem supra quoque obseruauimus.

flexu.] Ita codices. Sed legendum puto fle- xus. Ita pulsus dicitur Sol ἡσπέρης ἢ ἡσπέρης

apud Auicenum.

supera tras luce.] ἄρρητος ablatiu pro da- tiuo. Vide Marcellum.

Hæce inter.] Imò Hæce inter μέσοσθι & ἰσ- πίου, ἰσπίου. Theon. Legendum præterea:

Hæce inter medianam partem retinere videtur.

Erroris causa clara est.

contingens corpore.] Alij pectore. Ἐστὶν Arato.

tenet flexu Crateram.] Ita omnes codices. Sed perperam. Optimè emendauit:

Hydra tenet flexu Cratera, & Coruui ad- haret.

Hydra tenet circulum flexu, quæ καμπὴ Arato.

Legendum etiam deinceps: Et pauca è Chelis stella. Notus error. Aratus:

Ἐστὶν δ' ἀστὴρ ἐκ μέσων τῶν αἰ.

Domini.] Alij *deiunctos*.
diuino lumine.] Aldina non malè: *diuino*
Numine. Miror cur mutauerint alij. Stoicorum
afonator intelligit Cicero.

hi motu.] Aldina *in motu*. Legi possit:
Quatuor in motu cuncti volumitur eosdem.
 Sed scriptum puto: *Quatuor à motu*, quod &
 verum.

Quis Luna conuexum.] Hæc est Aldina lectio.
 Alij habent:

Quis Luna conuexura cali tangimus orbem,
 Possit legi transpositis vocibus:

Quis Luna cali conuexum tangimus orbem.
 Sed verum est:

Quis hunc conuexum cali contingimus Orbem.
sub eum succedere.] Vides non legisse Cice-
 ronem *totum* *quis* sed *totum* *quis*; Et ita omnino
 apud Aratum legendum est.

Humidus inde loci.] Ennius:
Constitit inde loci propter sos dia Deorum.
 Phrasis est antiquis Poëtis usitata. pro *orbi* in
 fine huius versus alij habent *orbe*. Sed le-
 gendum:

Humidus inde loci collucet Aquarius orbe.
 Sed *Orbi* antiqua est scriptura.

ludere Pisces.] Locus est deprauatus, neque
 ab vllis libris medela. Puto legendum:

Exin squammifero serpentes sudere Pisces.
Sudere enim veteres scribebant, pro *sydere*, unde
 ea vox apud Germanicum in munere est de-
 prauata. Possit tamen *squammiferi* retineri.
 Sed alterum est intolerabile.

conuestit lumine.] Malè alij *conuertit*. Suprà
 habuimus *spatium conuestit orbis*.

cursum.] Ita Aldina. Alij *vertentia tempora*
cursum. Lego *vertentis tempora cursum*. Hæc
 est vox Aratus. Possit etiam *vertentis*
tempora cursum.

quantus terris confectus.] Puto veram esse
 Lectionem:

Hic quantum terris conuexus pellitur orbis,
Conuexus orbem etiam alibi nominauit.

ille patens.] Alij *Tantumdem pandans*. Pro
edit, alij *extas* habent. Lege:

Tantumdem ille patens super a mortalibus exit.

Tot calum iussus.] Hoc esse mendosum vi-
 derunt & illi qui *iussu* emendarunt. Sed verum-
 que & absurdum, & ridiculum. Emendo:

Tot calum rursus fugientia signa renisunt.

Hoc spatium tranans.] Suprà dixit:

— summo cali de vertice pranans:
— da nocte relictum est.] Relictum est *da nocte*.
 Ita alibi:

— pari spacio partes tres esse relictas.

Signifero ex orbis.] Aldina hæc est. Alij ha-
 bent: *Signifer ex orbe*, & *signorum ordine ful-*
sum. Scriptum fuit *de signis*:

Quod super a terras prima de nocte relictum

Signifero ex orbis est & *signorum ordine fulsum*.
 Ita infra: *Signifero solet ex orbis pro orbe*. *Ful-*
sum quia Aratus *de signis* dixit. Repetendum
 autem est *Signis* in posterioribus ex vocula.

Cali de regmine sumas.] Ita alibi:

Cum radentur ad idè cali sub regmine signum.

Et alibi *cali sub regmine fulti*. Malè autem
aus aus cælum interpretatur. Legendum verò:

Certas ipse notas cali de regmine sumens,
Ortus atque obitus omnem existere possis.

se toto lumine.] Alij:

Nam simul ac primum supero se lumine,
Cancer.

Sed ea lectio non est antiqua. Itaque lego:

Nam simul ac supero se totum lumine Cancer
Exulit.

Dimidiam retinens.] Legendum puto:

Dimidiam retinet stellis distincta Corona
Partem iam super a, atque alia de parte re-
pulsa est.

Cancrumq; recondit.] Alibi docuimus le-
 genda hæc hoc pacto.

Atque humeros usque à genibus, clarumque
recondit.

Anguitemens validis magnum à cervicibus
Anguem.

Duo epitheta coniunxit Græcum in morem.

Si propius velis accedere ad vulgatam lectio-
 nem, poteris reponere *Camurumque recondit*.

Camurum veteribus Latinis, licet propriè de
 de cornibus dicatur, est *et improprie*, tortum,
 quod Anguium est proprium.

conuertit.] Ita & alibi Ciceronem locutum
 ostendimus. Alij malè *conuertit*.

vis maior Aquari.] Falsum hoc, neque ex
 Arati mente, qui dixit *vis maior*: quod viden-
 tes nonnulli substituerunt *vis maior Aëti*, ad-

modum ineprè. neque enim accedit ad veterem
 lectionem, neque vero est simile Tullium hic
 Græca voce usum fuisse: & ut esset nonne re-
 ctius fuisset *ætes* dicere, quam *ætes*, quod
 admodum est Poëticum, & raro in usu. Sed
 deinde quidnam est *vis maior*? Lege *simul vis*
magna Aquilæ.

candens illustra lumina Virgo.] Lege:

— candens illustra lumine Virgo.

iam claro corpore Serpens.] Malè hoc aliqui
 de Angue intellexerunt, qui hanc vocem literâ
 maiuscula notarunt, est enim non nomen, sed
 Participium, & ad Hydram, de qua sequitur,
 est referendum. Eam phrasin Tullio in carmi-
 ne usitatam suprà satis ostendimus.

Et cum iam rote.] Vera hæc est lectio. Alij
 habent. Etiam iam qui hunc versum quoque
 sequenti postponunt.

Existet pariter.] Hoc est orietur. Suprà *Quæ*
simul existant carnes.

caudam conegit umbram.] Nihil hic deest, ut
 in nostris

in nostris ad Aratum Notis exposuimus. Attamen in nostra interpolatione versum vnum hic inseruimus, non tam quod desiderari putaremus, quam quod vellemus interpretationem nostram textui Arato esse quam conformissimam. Versum verò hunc alij perperam ita concipiunt:

Nondum tota latet: non caudam contegit umbra.

ille vacans.] malè alij *vagans.*

Nam secum.] Malè alij *Non secum.*

In calum totum.] Non satis hic Cicero Aratum exprimit: vt nec infra vbi ait:

Quem rutila fulgens pluma prateruolat ales.

Nam Aratus ibi ἐγὰρ ἐπὶ ἐφθό expresse.

Latè fusa volat.] Lego:

Latè fusa volans in terras labitur vnda.

Hemistichium quod sequitur hæc voces: *Latè fusa volat*, vna cum quatuor versibus sequentibus in plerisque codicibus desiderantur. Sunt tamen verè Ciceroniani, & ex Arato expressi, & ad sensum necessarii.

Vt quondam Orion.] Legendum puto: *Vt quondam Orion.*

Chius.] Vera hæc lectio. Nam licet Chius pro insula propriè corripiatur, & pro Adiectiuo producat, tamen id non nimis strictè obseruatur, adeò vt Auienus etiam adiectiuum corripuerit, vt hic Cicero substantiuum produxit. Sed Aldina habet *Echinus*. vnde alij *Echineis* contra sensum & metrum effecerunt. Nisi hæc lectio quam proposuimus vera esset, legi possit *Echinus*. Sed Chios non est vna Echinadum. nam Echinades sunt in Acheloo flumine, Chius in Ægæo. Itaque esset aut error Ciceronis, aut figurata locutio, vt Echinus pro omni insula dicatur, ἡ δὲ ἐν τῷ Ἰσθμῷ. Sed frustra nugamur cum vera lectio constet. nam *Echinus* pro *Chius* scriptum est. E littera ex præcedenti voce repetita est: & nota accentus Ἐχίνου in litteram N migravit.

Brachia quam viridi.] Ita Aldina. Alij substituierunt *Brachia cui viridi*. Omnino legendum est:

Brachia qua viridi conestit tegmine vitis.

In Chio insula plurimæ sunt vites, præsertim ad Aruisum promontorium, à quo Aruisia vna dicimus, vt ab ipsa insula, Chia. Brachia verò non intelligo vitium ipsarum, (quod voluit Illustrissimus Scaliger) Sed lucorum brachia, vt & Auienus ait hoc loco:

Brachia lucorum.

epulas canare.] Imò *epulas ornare* vt habet vetus codex. Feris enim quas venatus erat, Orion Ænopionis canas condecorabat. Nihil est clarius.

Nam retinent Arcti.] Aldina *Arcto*. Lege:

Arcti. Et ita semper scribitur in Cæsaris Germanici libro antiquissima manu exarato.

post humeros.] Melius alij *humeris*.

cum lumine pandit.] Alij *cum lumina*. Lego *simul tum lumina pandit*.

Antepedum.] Arato qui dicuntur ἀντιπόδι ποδῶς Ciceroni Græco more *Antepedes* dicuntur. Græci ἀντιπόδας dicerent, quanquam Ptolemæus in Tabulis suis id sumere videatur non pro pedibus ἐπὶ ποδῶς, sed pro parte pedum priori. Sed vt ἀντιπόδας Ciceroni est *Antecanis*, ità si ἀντιπόδας *Antepedes*.

conuerso corpore.] Alij *conuersus*, τὴν ἀπὸ τοῦ ἀρατο.

præcordia lustrans.] Alij *gestans* Ego nihil mutem.

Insistit, & mergit.] Vera lectio est *emergit*. *Nixi caput.*

pectore Cepheus.] Aldina, & alix editiones *corpore*. Suprà quoque vbi dixit Aratus:

ὅ τ' Ἰάριον ἴσμεν ἀνὰ ποδῶς

Ἰάριον ἐπιπέδον

Cicero tantum dixit *cedit conuerso corpore Cepheus*.

Obit & Lepus.] Alij malè *obit simul*.

Inde obiens Capricornus.] Duo versus qui infra sequuntur ex Aldini codicis autoritate hic inferuntur. Hoc pacto lege:

Inferiora cadunt Auriga lumina lapsu.

Crus dextramq; pedem relinquens obit infera Perseus

In loca, tum cedens à puppi linquitur Argo.

Inde obiens Capricornus.

Et ita deinceps quæ sequuntur. nam Perseus, & puppis Argus ex Arati mente Sagittario oriente occidunt. Aratus omnia quæ ad Aurigam pertinent suo more coniungens dixit τὰ νοτιώτατα eius sub Sagittario occidere, sed non manum dextram, & Capram, & hædos: quæ Capricorno demum oriente occidit. Cicero contra ea distinguenda putauit, & ea quæ sub Sagittario ab iis quæ sub Capricorno occidunt censuit separanda. Idem & Cicero, & alij interpretes in sua translatione fecerunt, præsertim in tertia hac Phænomemon parte, quæ ἀπὸ τῶν οὐρανῶν, καὶ οὐροδοκῶν tractat, quod videre ex diligenti collatione perspicue est. Sed Critici quidam fidentiores dum Ciceronē in Arateum ordinem redigunt, non cōsiderarunt se & contra Arati, & contra Ciceronis mentem vadere, dum Perseum, & puppim Navis iis annumerant quæ Capricorno oriente occidunt. Sed duos hos versus qui hic omitti sunt alij in fine huius Fragmenti posuerunt, alij ante duos vltimos collocarunt. Vtrumque, vt patet, perperam.

emergunt alite lapsu.] Alij magna differentia, contra metrum:

— *emergunt Alites vna,*

λ

Et vo.

Et volucris terris existit clara Sagitta.
Sed hæc lectio vero est proprior. Legendum enim meo iudicio :

————— *emergunt alite lapsu*
E terris volucris: existit clara Sagitta.
Volucres vocat Cicero Aquilam, & Olorem. Cætera sunt clara.

Vt cum Luna means.] Citat hos versus Priscianus, vt & illum qui infra est :

At autem tenui qua candet lumine Phatne.
Qui nescio quo pacto in nostra editione sit deprauatus.

Cana fulix itidem.] Cicero, vt & Auienus *ἐράδιος* fulicem transferunt, cum *ἐράδιος* plerique ardeã malint interpretari, *κίρκος* verò fulicem siue fulicam. In veteri verò codice legitur *Rana fulix*, & Manuscripta exemplaria in libris de Diuinatione, vbi hi versus citantur, habent *Rana fulix* quod proximè accedit. Ranaus color est *ἰακχέσος* Arato. Et fieri potest vt hoc loco legerit Cicero apud Aratum non *ἐπὶ ἐράδιος* vt *ἐράδιος* sed *ἰακχέσος* vt *ἐράδιος*. Sanè primores literæ conueniunt. Apud Auienum etiam, si hæc scriptura in Cicero recipienda est, vbi nunc legitur *parua fulix* similiter *Rana fulix* legi possit.

Aquæ dulcis alumna.] Aqua dulcis est palustris, vt falsa marina. Est *αἰφίφρασις* ranarum. *Πατίεος γυβύων* nominat Solentis.

Acredula vocibus instat.] In nostris ad Aratum Notis quid sit *ἀλαλυγών* docuimus, aut sanè coniecimus. Sed quid est Acredula? Apud Isidorum inuenio: *Luscinia auis inde nomen sumpsit, quod cantus suo significare solat dici surgentis exortum, quasi lucinia. Eadem & Acredula, de qua Cicero in Prognosticis:*

Et matutinos exercet Acredula cantus.

Ante omnia moneo hæc verba quæ ad Acredulam pertinent paulo post ponenda: nam Acredula omninò non est Luscinia, sed vt plerique volunt vlula. Sequitur verò apud Isidorum. *Vlula auis dicitur ἰακχέσος*. Igitur Isidori *ἀλαλυγών* quod apud Aratum est, & Acredula quod apud Tullium, & vlula idem significant, si verba transponas vt dixi. Notanda verò præterea est lectionis varietas. Nam totum Hemistichium posterius aliter citat, memoriam vt puto lapsu, qui Grammaticis frequens. Admodum tamen mihi placet mea in Aratum explicatio ex ipsis Plinij verbis desumpta, vt videlicet *ἀλαλυγών*, sit Rana, aut eius aliqua species. Et quid si ipse Cicero ita senserit? Sanè id innuere videntur eiusdem Isidori verba, quæ alibi reperio. *Acredula, rana parua in sicco, vel agris commorantes, vnde & nuncupata.* Nota est omnibus literarum C & G

confusio. Admodum hoc firmat meam illam obseruationem.

Iam verò.] Fragmentum hoc ex Cicero ipso est, vt & alia pleraque. Citat & Plinius lib. 18. cap. 25. Iam Notas hæc percursorias absoluiimus, quibus Cicero clariorem non paulum & fecimus, quem & ipsum non parum nostra interpolatione quam in hoc volumine inuenias iuimus, vt pote ex qua luce sit meridiana clarius qui versus Tullianus cui Arateo respondeat. Nam antea multi erant qui non modo quo referri deberent, sed nec quid omninò significarent, sciebatur. Cuius generis ille est:

Tertia sub caudam ad genus ipsum lumina pandit.

quem alij fatentur se quo pertineat penitus ignorare. Ex nostra interpolatione clarum est ad illud Arati pertinere: *ἡμῶν δ' ἐγγύσις τῶν γύρασιον*. Eiusdem generis est & illud fragmentum, quod vt & prius apud Priscianum reperitur: *sub pedibus profert finita Boëti*. Quod de Virgine dici nos ostendimus. nam Boëti genitius est priscus, vt Vlyssi, & Achilli. *Finita* verò dixit vt & alibi: *finita in partibus Austri*. Ille verò versus nunquam Cicero nis fragmentis ascriptus est:

Et louis in regno, caliq; in parte recepta est.

Quem tamen citat Lactantius, & nos huc pertinere re ipsa ostendimus. Erant & alia quædam fragmenta Cicero Arateorum, quæ quò referri debeant ignoro, vt est.

Quem neque tempestas perimet, neque longa vetustas.

Interimet stinguens præclara insignia cali.

Quos versus ego affirmarim ex hoc opere non esse, nisi Cicero admodum limites Arateos excesserit, quod fieri potuit, in Proœmio præferim, aut Epilogo.

Item:

Caprigeni pecoris custos de gurgite vasto.
nisi hoc ad illa Aratea spectet:

————— *καίπερ ἄτι πρὸς αἰπὸν ἀνίη*
Ἀόμις ἐγγύσιον, ἐπὶ δ' ἰπὸν ἰωνν.

Vt sit:

Caprigeni pecoris custos de gurgite vasto

Si modicas videat volucres ascendere gaudet.

Quod & verum. Considera ea quæ præcedunt apud Aratum. Illud etiam Fragmentum:

Nauius amissis stuitantia quarere aplustra,
non inuenit versusum Arateum cui ad verbum respondeat. Sed si quid ab Arati verbis velis discedere facile aut illi loco vbi de Capella, & hædis, aut vbi de Capricorno, aut de Ara agitur, poteris inculcare.

ARATI PHÆNOMENA,
RVFO FESTO AVIENO
PARAPHRASTE.

MVGBIANI GROTII
IN AVIENVM
NOTÆ
PER BREVES.

CARMINI S inceptor mihi Iuppiter: au-
spice terras
Linguo Ioue, excelsam referat dux Iupiter
athram:

^a Ita vocatur ab Hieronymo Scruio,
Macrobio.

Imus in astra, Iouis monitu: Iouis ormine calum,
Et Iouis imperio mortalibus athera pando.
^b Hic statio, hic sedes primi patris, iste paterni
Principium motus, vis fulminis iste coruscis,
Vita elementorum. mundi calor, atheris ignis,
Astrorumque vigor, perpes substantia lucis,
Et numerus celsi modulaminis: hic tener aër,
Materiaque grauis concretio, succus ab alto
Corporibus calo, cunctarum alimonia rerum,
Flos & flamma anime, qui discurrente meatu,
Mentis ^c primigena penetrabilia dura resoluens,
Impleuit largo venas operatus amore,
^d Ordinis vt proprij sedus daret iste, calorem:
Quo digesta capax solidaret semina mundus,
Inseruit rite hunc primū, medium, atque ^e secundum.
^f Vox secreta canit sibi. nam permixtus vtrique,
Et fultus sese geminum latus, vnus & idem est
^g Auctor agendorum, propriūque patrator amoris,
Et mundi vere pastor sater, hic chaos altum
Lumine ^h perrumpit: tenebrarum hic vincula primus
Soluit, & ipse parens rerum fluitantia fixit:
Hic dispersa locis statuit primordia iustis:
Hic digestorum speciem dedit, iste colorem
Imposuit rebus, sexuque immixtus vtroque,
Atque cui pariter gemini, simul omnia lustrans
Sufficit alterno res semine: rerum opifex hic,
Hic altor rerum, rex mundi, celsa potestas
Aetheris atque Erebi, ⁱ pigra inclinatio nodi,
Insociabilium discretio iusta deorum,
Cuius & extremum tellus opus, ignea citius
Lumina sunt late, ^k sol, & soror: ille, diei
Tendat vt infusi rutilum iubar, altera, noctis
Vt face flammanti tenebrosos rumpat amictus:
Nec desit genitis pater vllō in tempore rebus.
Istius ille anni pulcher chorus, alta vt hebescat
Terra gelu, ver vt blandis adrideat aruis,
Puluerulenta sibi tellurem vt torreat aëtas,
Et grauis autumnū redeat fœtura parentis:

^b Hic & iste de eodem: vt infra:
Hic digestorum speciem dedit, iste co-
lorem
Imposuit rebus.

^c Ex Orpheo, qui *πρωγενος* vocat. Ita
Lucianus *πρωγενος δεχθρας*. Arno-
bius: *primigenij motus*.

^d Ordinis vt proprij sedus daret: iste
calorem,
Quo digesta capax solidaret semina
Mundus,
Inseruit: rite hunc primum, medium,
atque secundum
Vox secreta canit sibi.

^e Dubito, an non potius *supremum* sit
legendum: *πρωτο* Arato.

^f Ita Capella de Philologia Deum ad-
orante: *vocabula quedam voce mentis
inclamans*.

^g Rectum hoc: sed vide, an non rectius
foret *Astor*: *πρωτοστος* *πρωτοστος*.

^h Sequentia postulant *perrumpit*. Sed est
præteritum *πρωτοστος*: vt apud Iurisco-
sultos *rumpit* pro *rumpitur*.

ⁱ Legendum videtur *rapida inclinatio
Mundi*: infra *trabit inclinatio calum*,
& alibi *teres inclinatio Mundi*.

^k Videri possint hæc desumpta verbo
tenus ex Mose Genes. i. *Fecitque Deus
duo luminaria magna: Luminare ma-
ius, vt præset diei: Luminare minus,
vt præset nocti*. Nam *Luminaria*, sunt
eadem, quæ *Lumina*, vt apud Cicero-
nem, *nondum tot luminaribus extinctis*.

^a Malim:

Viscera, & aethereos animans genitabilis artus.

^b Eudoxi. vt infra: Sic astrum dici Cnydium dedit.

^c Enumerat solstitia, & æquinoctia: Itaque necesse est per Nepam hic Cancrum intelligamus, vt alibi docuimus. Sed Æquinoctium Cæci in ipsa æstate, non in Autumno est. Puto itaque distinguendum hoc pacto:

Cur Hyperionios Nepa circumflecteret ignes:

Autumni reditu cur sub gelido Capricorno

Bruma, &c.

Autumni reditu & τὸν φθῶν ὄγει.

^d madida cum tempore noctis.

^e dimenso.

^f Palanti. Vocabulum est Liuius, & antiquioribus vsitatum.

^g Vix commodum sensum elicies, ni legas:

———— incola Tauri

Musa vt Cecropios superaret & Aonai agros.

Musa incola Tauri, Cilix, Solensis, Arateæ. Taurus enim mons in Cilicia. Manilius in Arati gratiam:

Mantis ab excelso speculantur vertice Tauri.

^h visticomo:

ⁱ Multa operum: hoc est multa opera, πολλὰ ἔργα vt supra rerum fluitantia pro res fluitantes: & alibi centies. Indicat verò Auienus sese ante Arateam Paraphrasin alia Poëmata edidisse: Puta, Διονυσίου Dionysij, Oram maritimam, Fabulas.

^k Antiqui codices non malè: Nox agit & verso.

^l Nam numeris, & honore carent: micat omnibus ignis,

Et rutilo cunctis flagrat coma flammæ crine:

Sed quia non certa formarum luce notantur

Omnia sideribus, cassum fit cætera vulgus.

Vulgum cassum vocat stellas ἀνοσφῶλῆς: de quibus & alibi: ignoti vice vulgi semet in aethram Protollunt. Manilius: cum Luna conditur omnia Stellarum vulgus: fugiunt sine nomine signa.

Hoc duce per tumidi ferimus freta gurgitis, isto Præceptore solum grauibus versamus aratris: Isle modum statuit signis, hic rebus honorem Infundit, tenebris hic interlabitur æthra:

^a *Viscera, & æternos animans genitabilis artus.*

Denique ne longum marcentia corda iacerent, Mundanique ortus mens immemor, omnia sensim Vilia conciperet; neque se subduceret vngquam, Fontis in æterni primordia, quo velut annis Quem festina citis vrget Natura fluentis, Lapsu continuo ruitura in corpora nostra

Prorumpunt anima, seriemque per æthera nectunt,

Hic primum ^b Cnidij radium senis intulit astris,

Mortalemque loqui docuit conuexa desurum,

Cur Hyperionios ^c Nepa circumflecteret ignes,

Autumni reditu: cur sub gelido Capricorno

Bruma pruinosi iuga tristitia solueret anni:

Cur spacium lucis, madida ^d cur tempora noctis

Libra celerque Aries ^e demerso pondere Olympi

Æquarent, qua parte Polus sublimior alto

Cardine ceruleas Thetidis non tangeret vndas:

Quis Polus umbrifero lateat decliuus in axe,

Et vaga ^f pallanti cur signa errore ferantur:

Que rursum ingenio numeriisque Solensibus idem

Iuppiter efferris melius dedit ^g incola tauri,

Musa vt Cecropios raperetur & Aonai agros.

Me quoque nunc similis stimulat furor edere versus

Tempora, cum duris versare ligonibus arua

Conueniat, cum velinole dare carbasia ponto,

Et cum ^h visticomo crinem tondere Lyæo.

O mihi nota adyti iam numina Parnassei,

O ⁱ per multa operum mea semper cura Camæna,

Iam placet in superum visus sustollere calum,

Atque oculis referare viam per sidera: maior,

Maior agit mentem solito deus, ampla patet

Cirrha mihi, & totis se Helicon inspirat ab antris.

ARCTOS.

OMNIA que flammis pingunt radiantibus aethram,

^k Nox & agit, verso ceu fixa trahuntur Olympo: At non cuncta tamen Signorum in lege putanda:

^l Nam numeris & honore carès micat omnibus ignis,

Et rutilo cunctis flagrat coma flammæ crine:

Sed quia non certa formarum in luce notantur

Omnia, sideribus cassum fit cætera vulgus.

Mobilis en etiam mundi se machina versat,

Ponderis

Ponderis & proprij trahit inclinatio calum :
 Sed non axis item curui vertigine fertur
 Ætheris, vt stilus instabili conuoluitur orbi,
 * Luce manente tenuisque procul sacra viscera celi
 Perforat, & media molem terra tenet: illum
 Non prolixa dies, non incumbentis Olympi
 Cursus agit, motatve loco labor, vt semel harena
 * Constitit, & ferri se circum cuncta remisit.
 * NEC minus extremo dispar polus: Oceano^d pars
 Sublime erigitur, subit altera mersa sub vndas
 Pars Erebum, & nigri iacet hac vt conscia Ditis:
 Hic notus, horrifera aquilonibus illa rigescunt.
 * Hac teres in gemina stridit vertigine cardo.
 Alter in obtutum facilis latet, alter & alto
 Deprimatur barathro. Sed qua sublimior axis
 Tethyos vndosa linquit cetosa fluenta,
 Contemplare sacras vt mundum^a subit Arctos.
 Sic astrum dici Cnidius dedit, Ausone easdem
 Voce ferat Vrsasque & Palustra vocare solemus:
 Fabula nanque Vrsas, species dat Plaustra videri.
 Has pater omnipotens nemorosi in valle Lycei
 Adsueta duris quondam venatibus, æthere
 Intulit, & rapto^b genitricis flore sacrauit:
 Vel ceu fama dehinc docet altera, Creta vbi fluctus
 Tunditur insanis late circumsona Cauis,
 Iuppiter has idem rerum memor indultarum,
 Et custodit a referens pia dona salutis,
 Cum puer agrestes inter Curetas, & inter
 Dictæa, longum latuit crepitacula rapis,
 Scandere flammigerum victor permisit Olympum,
 Nescia signa salis, nocturnique inscia casus,
 Hospita & insanis aquilonibus: haud tamen ollis
 Ora vel aduerso sunt obuia pectora motu:
 Versa Lycaonis sed suspectatur in vrsis
 Forma super: pariterque polo vestigia librant,
 In spinam & flammis ardentia dorsa iacentes.
 Sic Iouis altrices teretem prope cardium axem,
 In caput, inque humeros Helice Cynosuraque versa,
 Præscia venturis dant semper signa procellis.
 Nanque Helice Graias, Tyrios Cynosura per altum
 Parua regit: non vlla faciem succenderit vnquam
 Stella prior, neque flammigeros edixerit ortus
 Ante alia, immerso cum iam Titanus orbe
 Imbuir & tremulo Tartessia terga rubore,
 Crassia quam flammans inter primordia noctis
 Maior agat, vultusque sacros ostendat Olympo,
 Illa licet paruo iaceat remone per æthram,

* Ipse manens, tenuisque procul sacra
 viscera celi
 Perforat.
 Notandum est procul, latè, super, aliá-
 que similia in Avieno sæpe inueniri
 * Arato. Manilius:
 Perque ipsum Terra directus constitit
 orbem.
 * Forte Terminus extremo dispar Polus:
 Extremo Axi Terminus est dispar Po-
 lus. Aratus:
 καὶ μὴ πηγυρῶν δῖα πόλοι ἀμφοτέρω-
 τιν.
 * Quomodo hic pars sumatur alibi
 demonstrari.
 * Legendum *Ac teres*: & ita habent
 libri antiqui.
 * subicit.
 * genitricis. Ita melius legetur.
 * Sequentia admodum corrupta im-
 mutatis & nonnumquam, vt fieri de-
 bet, transpositis literis, ita conati sumus
 restituere.
 — non vlla faciem succenderit vnquam
 Stella prior, neque flammigeros edu-
 xerit ortus
 Antè alia, immerso cum iam Tita-
 nius orbe
 Imbuir tremulo Tartessia terga ru-
 bore,
 Crassia quam flammans inter primor-
 dia noctis
 Maior agat, vultusque sacros ostendat
 Olympo.
 Illa licet paruo iaceat remone per
 æthram,
 Verior infidum tamen est currensibus
 æquor:
 Cardine nam certo conuertitur: huic,
 mora longos
 Figra tenet gyros, quæ, ceu remora,
 parumper
 Flectitur, ac cardo rohibet cunctam
 in lapsu:
 Sed quia Sidonia dux est Cynosura
 carinis,
 Rettior vndoso cursus sulcatur in
 æthra.
 Ita respōdebunt cum Arateis, cum qui-
 bus conferes. Titanus pro Titan, vt
 πάντες apud Euripidem. & Onoma-
 critum Bacchus: Mauortius, Maiors
 apud Petronium. Cum illa dicit Cyno-
 suram, cum huic Helicen intelligit. Pa-
 rumper, vt in Ciceronianis paulum pro
 paulatim positum videtur.

Verior, infidum tamen est currentibus equor.
 Cardine nam toto conuertitur. haud mora, longos
 Pigra tenet gyros, neque ceu mollita parumper
 Flectitur aut tarda cohibet cunctamina lapsu,
 Denique Sidoniis dux est Cynosura carinis:
 Rectior vndoso cursus sulcatur in aestu.

INTER vtrunque dehinc praclari nominis Arcton
 Ceu circumflexo sinuantur flumina lapsu,
 Squammens agmen agens Draco voluitur, atque obit
 ambas

Spirarum curuis anfractibus: hunc quoque, vt artus
 Longius effusum, spaciota volumina tendunt.
 Compta Lycaronis includunt Plaustra choreis:
 Qua caput est Helices, fundunt sese vltima monstri
 Agmina, & hac cali vix cauda in parte quiescit:
 Altera qua spira sinus est, sublime reponit
 Verticis, & curuo ceu circumclusa Dracone,
 In dorsum alterius dorso iacet Anguis^b ab ore
 Vertitur, ac longe postremam lapsus in Arcton.
 Rursum maioris repetit confinia signi.

Nec qua stella caput flammaram insignit honore,
 Sola micat, sola ve rubent incendia crista:
 Sed setosa duplex adolet duo tempora fulgor,
 Et duo sub geminis oculi fulgoribus ardent.

Vnicus ignis item mento aestuat, ipsaque forma
 Verticis in nutum veluti curuata parumper,
 Qua per dimensos demittitur ordo meatus,
 Flectitur, atque Helices caudam spectare videtur,
 Cuius in extremum spacio propiore per athrans,
 Sibila portenti succedunt ora Draconis.

Quin super illa etiam^c summa confinia cauda
 Stella subit, dextri qua temporis igne coruscans,
 Amula vicinis accendit lumina flammis:
 At declius caput vertexque obliquior astris,
 Hac in parte sacri procumbere cernitur axis:
 Qua pater Oceanus rutili^d reparatus Eoi,
 Occasus ortusque^e solo moderante coërcet,
 Et gemina alterna miscet diuortia meta.

ENCONASIN.

INDE pruinoso si lumen ab usque Dracone,
 In conuexa feras, oculosque in proxima mundi
 Declines, qua parte globo tumet altior ortus,
 Illa laboranti similis succedet imago:
 Protinus expertem quam quondam dixit Aratus
 Nominis, & cuius latuit quoque causa laboris:
 Panyasi sed nota tamen, & ceu longior atas

Eruic

hunc quoque, vbi artus
 Longius effusum spaciota volumina tendunt,

Compta Lycaronis includunt Plaustra choreis

Compta, ornata quippe.

^b Eadem Phrasia infra inuenitur: caput inclinatur ab ore.

^c melius: summa confinia cauda.

^d reparator Eoi, Reparare illi est dicitur
 reparablem: Ita alibi absoluit totos reparabilis annos: Et in Catalectis: Phoenix reparabilis ales. Eoum quoque dixit suo mori: vt: Mundus ab Eoo trahitur reparabilis alto: Et in Catalectis: Quam modo nascentem rutilus conspexit Eois.

^e malim solo: Antiqui libri perperam Sole.

^f Illa laboranti similis succedet imago Protinus.

^g melius cui vel cura.

Eruit excussis arcana exordia rebus.
 Nam dura ^a immodici memorat sub lege tyranni,
 Amphitryoniaden prima uo in flore iuuenta,
 Qua cedunt medijs longe secreta diei,
 Hesperidum venisse locos, atque aurea mala,
 Inscia qua lenti semper custodia somni
 Seruabat, carpsisse manu: postquam ille nouerca
 Insaturata odiis serpens, victoris ab ictu,
 Spirarumque sinus, & fortia vincula laxans,
 Occubuit, sic membra genu subnixâ sinistro,
 Sastentasse ferunt, sic insedisse labore
 Denictum fama est: ac tum Tirynthius, ^b Æthra
 Inclutus & solio fultus sublime paterno est.
 Iuppiter hanc speciem, miseratus acerba laborum,
 Reddidit, & talem cerni permisit Olympo.
 En manus ipsa Dei violenta in verbera pendens
^c Erigitur, dextraque dehinc impressio planta
 Tempora deculcat maculosi prona Draconis.

CORONA.

POPULITE succidui qua sideris ampla ^a patefcunt
 Terga dehinc, mersumq; iacet sublime humerorum,
 Aspice ceu rutilis vibret lux Gnosia flammis,
 Hæc quondam Bacchi monumentum fulget amoris:
 Hæc Ariadnei capitis testatur honorem.
 Trina ter illustrant hanc lumina, parsque Corona
 Serpentem vicina subit, qua sibila in Arcton
 Ora Draco inclinans stridet flabris aquilonis:
 Post tergum Nixi pars voluitur, ac velut hærens
 Rursum defefi referatur nuncia signi.

OPHIUCHVS.

ISTIVS extremo sub vertice, vertice quippe
 Sideris Innixi, clarum nosces Ophiuchum.
^a Triccei sidus stat nominis, & cui pingui
 Thure Epidauræ fumant altaria sedis.
 In styga decursis Parcarum ab origine fufis
 Merferat Hippolytum fors vltima: iamque per imas
 Cocyti tenebras & stagna nigrantia Ditis,
 Porritor ille Charon Thesida fara vehebat.
 Hic immaturi sed enim miseratus acerbum
 Leti supplicium, Neptunique aspera iussa,
 Argentes artus Erebo procul intimo ab vsque
 Suscitât, atque anima rursus tepesacta calore
 Viscera mundanas reuocat medicator in oras.
 Non tulit omnipotens ortu cuiquam generato
 Dencalionæ, fas esse nouissima fata

^a Indomiti.

^b Æthra.

^c Antiqui libri exigitur non male: sed hæc lectio melior.

^a potest hoc tolerari, sed vide num malis fatiscunt.

^a Tricca vrbis Thesaliæ, vbi colitur Æsculapius, vt & in Epidauræ.

* vide an malis gnati reparans solatia,
occisi nimium Æsculapij gnati Phœbi.

* antiqui codices nitescet: quod si probabitur (quanquam rationem mutandi non video) versu sequenti legendum erit *diuidet.*

* Antiqui *partis* antiqua scriptura.

* Phœsis Avieno vsitata: ad Græcorum imitationem: τὰ δ' ἔργα μίσηται.

* Funditur.

* Eleganter me hæc emendasse non temerè iactabo:

— post spiram brachia quondam
Formidata truci suspexeris Orioni:

Hæc concessa etenim curuis minitatio
Chelis,

Huc falcata Chij repserunt cornua
monstri,

Grammatica postulat *Chius* cum locum designat corripit: cum adiectiuum produci: Sed regulam hanc Poëtæ negligunt. Nam & pro loco Cicero, produxit: & pro adiectiuo cotripuit Avienus, ut infra: *Curua Chij calo cum surgunt brachia signi.*

* Hæc quoque corruptissima: conieci emendandum:

Callisto rutilat stellis, quibus vsque
Ferinâ

Prona sit effigie, quo cardine torques
& axem

Semper in occiduis attollens lampada
flammis.

Pronam esse propre de Ferâ. Scio Manilium quoque alibi ita locutum.

Vincere, & incassum decurrere pensa sororum:
Moxque trifida polo iaculatus fulmina celso,
Et super æria vibrans incendia flammæ,
Morte repertorem medicina audacis in umbras
Deiicit: ac * gnato reparans solatia Phœbo,
Asperaque extincti miseratus fata nepotis,
Surgere nocturno iubet inter sidera motu.

Hic ergo insignes ardens venas Ophiuchus.
Hic rigidos artus forma Anguinentis honore
Arduus, hic tantos humeris vibrantibus ignes
Euomit, vt plena cum Luna * rutescit in orbe,
Menstruaque ingenti iam tempora diuidit ortu,
Nequaquam lentis obscurior ex humeris lux
Marceat: at manibus non compar flamma rubeſcit.
Nam suffusa leni resplendent vltima luce:
Sed cerni sunt prompta tamen: postremaque parco
Igne micant. ille angue manum confertus vtraque
Erigitur, serpensque dehinc elabitur ambas
Flexilis, & medium cingit spiris Ophiuchum:
Quem super hærentem plantarum mole duarum
Scorpios in geminas effusus viscera * partis,
Afflictusque oculos, maculosaque pectora pressus,
Sustinet. attiguas enoluitur Anguis in auras,
Agmine non aquo, neque tenta volumina compar.
Nam qua dextra manus sinuoso affigitur Angui,
Parcius ab domino terga explicat, * altera porro
Plurimus, ac multo per leuuum pondere lapsus
* Funditus: & rutilo qua lux sedet ignea mento,
Vsq̄ Ariadnae sese vicina corona
Lubricus inclinat. * post spreta brachia quondam
Formidata truci suspexeris Orioni:
Hæc concessa etenim curuis mercatio velis.
Huc falcata Hiodij repserunt cornua monstri,
Sidera nimium facis indiga: nanque hebes ollis
Ignis, & obtuso marcent incendia crine.

BOOTES.

* CALLISTO rutilat stellis, quibus vtque ferinam
Prona sit effigiem, quo cardine torqueat axem,
Semper in occiduis attollens lampada flammis
Arctophylax, siue, vt veteres cecinere, Bootes,
Famosa Arcadici testans commenta tyranni.
Et licet instanti similis similisque minanti
Terga Helices iuxta premat arduus, haud tamen vnquam
In picturata plaustrum procurrere matris
Fas datur, antiqui quoniam contagio in illo

Criminis

Criminis, & veterum prohibetur culpa malorum.
 Nec minus in membris ^alux olim maxima vibrat
 Omnibus, ardet apex capiti, micat ignea late
 Dextera flammam, humeri flammam mouet instar *
 Inter vtrumque femur, qua se confinia lucis
 Diducunt pedibus, maior qua luminis auras
 Verberat, & rutilo sidus magis aestuat astro.
 Nam locus Arcturo sacer * adscribitur, ^billinc
 Aurea qua summos adstringunt cingula amictus,
 Ebria flammanti consurgit stella rubore.

VIRGO.

QVA protendantur vestigia summa Boëtis,
 Quaque per immensum circumflagentibus astris,
 Circulus obliquo late iacet Astriger orbe,
 Contemplare sacros subiecta Virginis artus.
 Quam te, quæ memore, siue est genitor tibi summus
 Iuppiter ex Themide in terras demissa parente:
 Seu patris astræ clarum es genus, aurea cuius
 Sidera sunt proles, & qui pro munere morum
 Inculpabilium nomen dedit omnibus astris:
 Aut Pelusiaci magis es dea littoris Isis,
^c Digna Poli consors, & cura latrantis Anubis:
 Seu tu diua Ceres, sic nam tibi flagrat arista,
^d Et ceu Siriaco torretur spica calore:
 Protentata manu ter quæ pernicibus alis,
 Nec sat certa gradum, viduataque vertice summo
 Fluxipeda vestis vestigia, lubricum vt auum
 Sors agat & subitis obrepat mobile fatum
 Temporibus, precor in terras procul ethere ab alto
 Flecte oculos, placidamque meis venerabilis oro
 Pande sacris aureis. Tu cum sincera priorum
 Vita hominum nullis ageret sub legibus auum,
 Aureaque innocuos seruarent secula mores
 Sponte sua, nec criminibus via prompta pateret,
 Inter confusos populorum libera cætus
 Versabare libens, nullique obnoxia culpæ
 Corda inhibens ^e media, casto res more tenebas:
 Nullus telluri limes datus, indice nullo
 Culta secabantur, neque iam discretis campus
 Metiri in dominos monstrauerat: omnia rerum
 Vsurpantis erant, promiscua ^f thura per agros
 Præstiterant cunctis communia cuncta videri.
 Denique cum placidas crebro Dea viseret vrbes,
 Teætaque iusta virum ^g passim succederet illa,
 Feruentis late pelagi natura, salumquo
 Fluctibus instabile, & glauci vada surgida ponti,

^a lux olli maxima vibrat. quæ sequuntur
 mutila sunt, & corruptissima.

^b illinc.

^c Digna Poli, consors & cura latrantis
 Anubis. Ita distinguendum. Digna
 Poli, ἀξία πόδω.

^d Opus hæc habent manu medica:
 Conicio:

Et, ceu Siriaco, torretur spica calore,
 Protentata manu; seu tu pernicibus
 alis,

Nec sat certa gradum, viduataque
 vertice summo

Fluxa Polo vertis vestigia, lubrica
 vt auum

Sors agat.

Varias de Virgine refert fabulas, cum
 suis rationibus: Dixerat esse Astræam,
 Isidem, Cererem: Nunc Fortunam,
 quia alas habet, & capite obscura est.
 Anonymus: Quidam verò Fortunam,
 pro eo quod sine capite astris infertur.
 Hyginus: Sed hanc alij Fortunam, alij
 Cererem dixerunt: hoc magis non con-
 uenit inter eos, quod caput eius nimium
 obscurum videtur.

^e medias casto res more tenebas.

^f Lege: vura per agros.

^g distingue: passim succederet, illa
 Fornentis, &c.

Qua senior cano nutrit sub gurgite Nereus
 Delphinos virides, & phisiteras anhelos,
 Ignorata suo seclusaque sine iacebant.
 Nulla fides vndis, tumido commercia fluctu
 Nulla petebantur, neque longis nauita terris
 Insinuare ratem^a ius fecerat, exul ut oris
 Omnibus externas veheret per inhospita gazas
 Equora, ^b & insano penderet saepe profundo
 Omnia: sed cunctis nasci dabat aurea terris
 Iustitia, & nullo discreuerat aëre regna.

^a Fortè consueuerat.

^b — & insano penderet saepe profundo:
 Omnia sed cunctis nasci dabat aurea
 Terris
 Iustitia.

Pendere hic, ut sæpè apud Manilium
 est *periclitari*, iactari, periclitari.

^c Vsurpandam oculis sese dabat ad-
 currentum:

^a Fortè *crepera*, quæ vox à crepando
 deducitur, vnde & *increpare* dicimus:
 nisi malis per transpositionem *pulchrâ*:
 Nam & *pulchrè dicere* frequens apud
 Ciceronem.

^e Morem dixit, ut Græci *ἠδὲ* animi
 affectum: & *infra cæcus mos mentis*
aserba.

^f Duo Epitheta conjunxit more Græ-
 co: quod & alibi inuenias.

^g Distingue:

Et maleuada lucrivabiles subit: om-
 nia Terror

Degener, ac mœsta facies formidinis
 implet.

^h *indomitus*. Eundem errorem supra
 emendauimus.

ⁱ *mentirier*, *passiuè*, pro *simulari*: &
mentirier incipit pro *mentitur*, ut & sæ-
 pe Manilius.

^k *externo*.

^l ita *infra*: *face denique vertex Ardeo*
Anhelanti.

AT postquam argento deformis viluit atas
 Rarius in terras os inclinabat honestum

Iam Dea, vix summos adlabens denique montes,
 Cum cedente die Phoebus sub nocte propinqua
 Occidens pronos vrgeret in aquora currus,

^c Vsurpandam oculis se dabat ad currentum:

Non ut fessa virum repararet gaudia vultu,

Sed ^d crepula ut late vomeret conuicia vece.

Parcite vile genus, lacrymis aiebat obortis:

Causa querelarâ vestrum est scelus, aurea quondam

Iudice me vestri vixerunt secla parentes,

Degener in vobis animus, solertia vobis

Peruigil, arte noua vitam traducere ^e mos est:

Omne auum studiis excuditis: hinc quoque rursum,

Proh pudor atque dolor, nascetur vilior atas.

Et lacerata genas ibit Bellona per vrbes

Saucia, ut infidas agitent certamina mentes.

Hæc vbi permœsto ^f rauco congesserat ore,

Alite pro cursu sese in conuexa ferebat

Protinus, atque oculos fugiens exosa sequentum

Linguebat cœtus hominum. ruit hæc quoque rursum

Viuendi series, ac succedere pudendo

Area secla habitâ: frans ilicet, & furor ardens,

Atque cruentus amor chalybis, segnisque libido,

^g Et maleuada lucri rabies subit omnia, terror

Degener, ac mœsta facies formidinis implet:

Secreti ^h immodicus vada gurgitis vltima versat

Tiphys: Agenoreo color hinc ⁱ mentirier ostro

Incipit, Assyriumque bibunt noua vellerâ succum,

Ebria vi ^k extremo splendet lana veneno,

Sic iusta in populos mox Virginis inculpatæ

Excarsere odia, & calum pernicipibus intrat

Diua alis, spaciūque sibi subuecta per auras,

Vnde procul terras summa vix cernebat astra,

Propter ^l anhelâ libens late capit astra Bootis.

ISTIVS extremis humerorum partibus vrget

Stella facem, qualique rubent incendia flamma, Qua

Que subiecta procul caudam maioris ad Vrsæ
Vertice brumalis circumuoluntur Olympi:
Talis^a vtrique modo simul & fulgore micat lux
Plurima quippe procul clare fax ardet in^b Arcton.
Nec contemplandi labor anxius, omnia primis
Obuia^c ceu vibrant obtutibus, vnus ab ora
Quæ sunt prima fere vestigia, præminet ignis:
Altera qua pedibus regio est clunalibus, ardet
Stella itidem, genibusque dehinc se tertia promit,
Æmula qua rutilæ flagrant consinia caudæ.
Non tamen his species, non sunt cognomina certa.
Sed permixta simul^d vulgi vice conuoluuntur.

GEMINI.

ILLA quidem supero conserta relabitur axe,
Inscia piscosi semper salis, ipsius autem
Subiectos capiti Geminos tibi cernere fas est,
Spartanam^e Geminos sobolem, prolemque tonantis
Egregiam, & proprio post reddita numina celo.
Nam Lacedæmonis Mars cum caluisset^f Aphidnis,
Castora Cecropij tulit inclementia belli:
At frater lucemque & fata superstitis aui
Exosus, sortem lacrymis efflagiat aquam:
Protinus alterna germanos tempore vitæ
Iuppiter attollit, calique in celsa receptans
Æterna flagrare facis iubet ignibus ambo.

CANCER.

ALVO Helices Cancer subuoluitur: astrag, Cæcro
Iuno nouercales vt semper proderet iras,
Præstitit. ^ghic etenim Lernæi gurgitis Hydram
Vreret Alcides cum flammiger ausus in ipsum
Repere victorem, qua duro concava dorso
Tegmina curuantur, geminus micat ardor in auras:
Hos dixere Asinos, ortos Thesprotide terra,
Et sidus Lenæe tuum determinat aër
Crassior. hos itidem qualis præsepibus esse
Forma solet, dispar chelarum flamma coruscat.
Nanque tribus stellis adoletur dextera Cancro:
Leua duas pigro succendit fomite flammæ.

LEO.

QUA postrema pedum rutilat vestigia in Arcto,
Maxima flammigeri mundus trahit ora Leonis.
Membra dehinc longi qua sese semita celi
Plurima protendit, torrentur fomite acuto
Singula, & assiduis ardet Leo viscera flammis.

^a vtrunque Aduerbialiter: ἀμφότερον
Græcis, vt:

Ἀμφότερον βασιλεύς τ' ἐχάβ & νεγρε-
εἶς τ' αἰχμητής.

^b Arcto.

^c malis forte conuibrant, quo voca-
bulo Apuleius vititur.

^d vide quæ supra notauimus.

^e malim patrio.

^f Rectè Lacedæmonis Aphidnis: Aliæ
enim Aphidnæ Atticæ teste Step-
hano: Eadem hæc fabula apud Hyginum
est: Is ait: vt Castor in oppido Ariadnæ
sic occisus L. Aphidnis.

^g Distingue:

—hic etenim, Lernæi gurgitis Hydram
Vreret Alcides cum Flammiger, au-
sus in ipsum

Repere victorem; qua duro concava
dorso

Tegmina curuantur, geminus micat
ardor in auras:

Hos dixere Asinos ortos Thesprotide
terra,

Et sidus Lenæe tuum determinat aër
Crassior bos.

Fabula est apud Hyginum, Anony-
mum, & Græcos Scholiastas.

^a Hac significatione momen, & momentum saepe vsurpat Manilius.

^b Maro: *Cerealis mergite sulmi*. Vide Seruium.

^c Nota: *Oceanum pelagus*, vt *Stertium acumen*. Infra: *Surgunt Oceano iam gurgite*.

^c Lege: *adq. Helices caput*.

^c Lege & distingue:

— *gemino sic cornua ductu*
Erigit atherij vigor ignis, & ignis
utrinque

Sic camuris ardet protractibus: haud
tibi signis

Perquirenda aliis pecoris frons aquo-
re surget

Oceano:

De camuro vide Festum, & Macro-
bium. Isidorus: *Camorum enim ver-*
bo Græco curuum significat:

Hodie Camor legitur. Deriuat autem
de q. & aquor. Taurum vocat pecus, vt
& infra: Aequor Oceanum, vt Ocea-
num pelagus supra.

Mediam.

Hic Hyperionij flagrat via solis, & isto
Se duce carulei referunt momenta caloris.
Tunc succisa Ceres statim cum^b mergite culmi
Construitur, flauos tendentur semina crines
Omnia, & aduectas late coquit area messes.
Tunc & Threicij repetunt animosa aquilones
Flabra polo, tunc^c Oceanum stata flamina calis
Propellunt pelagus: longis hoc tempore in anni
Ocia sunt remis: pontus vehit ipse carinas.

AVRIGA.

AVRIGATOREM par sit quoque cura videre:
Nanque tuas aures implebit fabula solers
Cretæi pecoris: hac lac memoratur alumno
Infudisse Ioui Capra, nutrix dicta tonantis.
Stelligero subuecta polo est: ille impiger autem
Pulcher Erichthonius, currus & quattuor olim
Iunxit equos, pronus qui non procul in Geminorum
Leua iacet, fusoque super se corpore tendit
Plurimus,^a atque Helices caput inclinatur ab ore.
Ille quidē in spaciū mēbra explicat: at Capra lauo
Fixa humero clare sustollitur: ipsius autem
Fine manus paruas Hædorum suspice flammæ.
Qui postquam Oceano sese expediere sonoro,
Sana procellosis immittunt flabra fluentis,
Vt spumosa truci pulsentur littora fluctu,
Et vaga caruleas inuoluant aquora puppes.

TAURVS.

NEC minus Auriga qua sunt vestigia curni,
Cornigeri late tenduntur pectora Tauri.
Illic setosam pecoris perquirere frontem
Esto memor: flexo iacet illic crure, minaces
In terram figens oculos: tum cætera signa-
Flammatarum similem procul inter sidera formam
Ostentare valent: gemino sic cornua ductu
Erigit atherij rigor ignis & ignis utrinque.
Sic camuris ardet protractibus, haud tibi signis
Perquirenda aliis pecoris frons aqua resurget:
Oceano proprio Taurum deprenderis ore.
Cornua sic vera sub imagine curua dehiscunt:
Sic^a media creber pecori frontem asperat ignis:
Sic Hyades Tauri toto procul ore cornascent.
At Borean lauo qua Taurus acumine pulsat,
Desuper auriga dexter pes imminet astro.
Vna pedem Auriga dextrum cornuque sinistrum
Stella tenet pecoris: simul in conuexa feruntur:
Sed prior occidui Taurus subit aquorū yndas.

CEREBVS.

NEO mea musa senem^a tacitū Cephæa relinquet:
 Tāsīdem quoque summa poli Cephæa reuoluunt:
 Illum quin etiam rutila pater intulit æthra,
 Donauitque polo. tergum Cynosuridos Vrsa
 Post habitat, geminasque manus à pectore tendit.
^b At diducta pedes tamen huic mensura seniles
 Diuidit, extrema quantum pede distat ab Vrsa.
 Non eget huius enim sedes sacra numinis hilum.

CASSIPEIA.

R V R S V M declini si visum tramite^a vergas,
 Prima tibi vt flexi linguatur spira Draconis,
 Infortunatam spectabis Cassiæpeiam.
 Sed nec multa tamen, cum cælum lumine toto
 Luna replet, terram vt superet fax aurea noctem,
 Occurret genitrix oculis quærentibus^a adsunt
 Lucida mærenti, tenuis rubet ignis, &^c agre
 Lux hebes est matri: vix qualem Caria quondam
 Nouerat intrantem per claustra tenacia clauem.
 Formatur stellis distantibus: inque humeros vix
 Tenditur angustos, nata fera fata retundunt.

ANDROMEDA.

N A N Q V E subest, teretisque poli simul orbe^a
^b notatur,
 Andromeda^b incendi, quæ semper luce coruscans
 Sponte oculos in membra rapit: face denique vertex
 Ardet anhelanti, geminamque per aëra fundunt
 Lucem humeri, & summis lux astuat ignea plantis:
 Ignea quinetiam per cælum^b singula flammant
 Andromeda, & toto vibrant in corpore flamma.
 Sed tamen hic etiam viuax est pœna dolenti:
 Nam diducta vlnas magna distendit in æthra,
ⁱ Vinculaque in calo retinent quoque tenuia, quippe
 Brachia contortis adstringunt nubila nodis.

EQVVS.

R V R S V S odorato^a quæ vertex crine tumescit,
 Andromeda capiti succingitur indiga pleni
 Aluus Equi, summo^a quam fax in vertice vibrat:
 Virginis, inque auras cornu vice surgit acuti,
^m Ipsa sub abscisso late micat aurea ventre,
 Cornipedis simul hunc lux indiscreta reuertit,
 Communique rubent duo semper sidera flamma.
 Treis latus atque armos alia^a pecoris pinxere,
 Et spacio disincta pari fax amula flagrat.

^a Tacitum Passiue: Cephæa, ερηφία.
 Ionicè.

^b At diducta pedes tantum huic men-
 sura seniles.
 Diuidit, extremo quantum pede di-
 stat ab Vrsa:
 Non eget huius enim sedes sacra lu-
 minis hilum.

Sedem dixit sidus, vt Aratus rotato Jo-
 uis in ερε εθηρα: Germanicus in sede
 notarit. non hilum dixit more veterum:
 Lucilius:

Quodque tuas laudes culpas non pro-
 ficis hilum

Alius Poëta: — Sisyphu^a versat
 Saxum nitendo sudans, nec proficit
 hilum.

& mirum est hilum produci, nihilum
 corripit.

^c Malit forte quis veras. Ego hoc re-
 tineo. Manilius:

— Vtraque caudam

Vergit in alterius rostrum.

^d absunt.

^e malim agra. quæ sequuntur alibi
 sunt explicata.

^f rotatur rotando Arato.

^g ingenti qua semper luce coruscans.

^h malim singula. ἑπιπύρα Arato.

ⁱ Vinculaq; in calo retinet quoque:
 tenuia quippe

Brachia contortis adstringunt vincula
 nodis.

Scriptum fuit BINCVLA: postea literæ
 traiectæ: vna iniecta.

^k quæ.

^l iterum qua.

^m Distingue: Ipsa sub abscisso late in-
 cet aurea ventre Cornipedis:

ⁿ Equum vocat Pecus, vt supra Tau-
 rum. Verius est Spondaicus, vt multi
 in Avieno.

^a hic est Arato.

^b ————— at tenui aluo
Erigitur mediâ: nam cetera pone negantur.

^c Namque hunc.

^d Equinum vocat, ut Persius Cabal-
linum.

^e hâc legendum.

^f melius nullomque decus.

^g Aduerbialiter: Cicero: Etenim pro-
pter est spelunca quadam. Propter à pro
descendit, eâ formâ, quâ subter à sub,
et inter ab in.

^h — non longâ Aries statione remotus
In conuexa redit: paruo se tramite
subter

Distinet.

Aratus: ἀλὶς γὰρ ἴσ' ἀορίσ' ἐσθ' ἐμπερ.
Distinet ut apud Lucretium. Et mare,
quod latè Terrarū distinet oras, ἀλὶς γὰρ.

Plurimus ignis inest, vasto globus estuat orbe.
Sed non & capiti similis rubor, ipsaque ceruix
Quamuis procero surgat iuba maxima collo,
Languida marcenti vix est spectabilis igne.
Ultima qua mento sese explicat, haud minor illa
Quattuor est primis qua formam laminae claro
Cornipedis simulant: non^a hinc Equus integer artus,
Non quadrupes calo sustollitur, ^b at tenui aluo
Erigitur, media iam cetera pone negantur,
Et quatit aetherias primis modo cruribus auras.
^c Nunc hunc Aonio quondam memorant Helicone,
Inclita post Lycia redeuntem bella Chimæra,
Mystica quâ rupes doctis obmurmurat antris,
Herbarum carpisse comas, & gramine odore
Expleuisse famem, sed cum sitis arida fauces
Vreret, ac nullo manaret gurgis hiatu,
Illisisse pedem, cornuque excita repente,
Lympha camœnalem fudit procul Hippocrenen.
Aones hoc latice posuerant nomen ^d equino
Pastores: strepit hæc placido inter saxa susurro,
Atque Helicone cadens sese sitientibus herbis
Inserit, Aescraas donec vaga gurgite valles
Vinificet, rigat ^e has animas & Thespiæ pubes
Semper, & in latices inhiat gens fontis alumni.
At Equus alterno redit inter sidera motu,
Oceanique salo caput exerit, haud tibi magni
Cura laboris erit calo spectare sereno
Cornipedem: micat ille procul flagrantibus astris,
Et perfusa recens educit pectora ponto.

A R I E S.

Tunc celer ille Aries, longi qui limitis orbe
Æthera percurrentes, nunquam Cynosuridos Vrsæ
Segnior ablapsu conuertitur, haud procul astro
Visus Equi, magno celsum secatur aëra motu.
Parcior hic rutila semper facis, indigus ignis
Spectatur iusti. nam quanti luminis astra
Esse solent, aciem quibus aurea Luna retundit,
Marcida lanigeri tantum se forma sub auras
Exerit: in tenui quanquam primordia Phæben
Orbe habeant, ^f nulloque decus dea proferat ore.
Sed licet hunc oculis frustra sectere per aethram,
(Nam semper propriis caret ignibus) en tibi ^g propter
Andromedæ claro rutilantia cingula in astro
Suspectanda patent. vocat ingens baltheus vltro
Quarentem, ^h non longâ Aries statione locatus,
In conuexa redit paruo se tramite: subter

Distinet

Distinet & medio calum citus ordine currit,
Vltima Chelarum qua brachia, quaque corusco
Circulus axe means rutilum secat Oriana.

DELTONI.

EST etiam Graio quod semper nomine^a nostri,
Deltoton memorant:^b simile est latus istud utrunque:
Porrigitur summum signo caput: angulus arctat,
Et gemini suprema iugi vicinia mordet.
Tertia qua stantes sustentat linea ductus,
Parcior, haud simili sese sub limite tendit,
Et contracta modum gemina face flammigerarum
Stellarum superat. quin &^c qua subter^d in astro
Lanati marceat pecoris, pluuioque tepefcunt
Iam vicina noto, minor istic linea luce
Et fulgore facis prauertitur: at locus olli
Post tergum Andromedae; sic se tulit ordo dicatus.

PISCES.

HINC si vicino spectaris lumina visu,
Inque notum sensim boreali ab cardine^e doctus
Inclinere oculos, proles tibi^f tertia Pisces
Surgent Bombycij: sedes data quippe duobus
Piscibus ingenti qua celsam circulus aethram
Orbe secat, tendit qua^g penna extrema sinistra
Ales equus, mundo qua pectora Laniger alto
Urget, & aduerso surgente corpore Taurum
Respicit^h hinc medio signantur sidere Pisces:
Quorum alius rigida consurgit in aera forma
Celsior, &ⁱ boream propior sapit alter aquarum,
Troicus haurit aquas, funditque ephebus ab vrna:
Pone auidus iacet in notialia nubila pronus.
Sed tamen hi late stellis ex ordine susis
Nectuntur caudas, & lenta trahuntur vtraque
Vincula, per calum coeunt qua^k cingula rursus,
Et rutilo confixa quasi super igne tenentur,
^l Calestem memorat quem solers Gracia Nodum.
Ex humero Andromedae leuo quoq. noscere Pisces,
Qui rigidum celsi suspectat cardinis axem,
Perfacile est: vlna nam proximus iste sinistra
Carulus erigitur.

PERSEVS.

QVIN & vestigiapropter
Persea sub volucris par est tibi quarere forma
In caput inque humeros rotat agrā machina mundi
Andromedam: ^m Threici nam sub flabris aquilonis,
Nittitur alato vindex pede, maximacuius

^a Nostri, nimirum Latini: vt Cicero:
Nostrique Latini

Orbem Signiferum perhibebunt no-
mine vero.

^b Puto legendum.

— simile est latus istud utrunque

Porrigitur: summum signo caput an-
gulus arctat,

Et geminum suprema iugum vicinia
mordet.

Aut latera, hoc est, lineas duas quae basi
insistunt, esse similes, hoc est aequales:
& in angulum coarctari: Videtur ita-
que latus vocare crura: ἀνωγλέρον.
Possis etiam legere *Simile Stelatus istud*
utrunque Porrigitur. Nam veteres lites
Stelices, latus Stelatus dixerunt.

^c qua Locum designat: Vide Ara-
tum.

^d Ita supra *rutilum cingula in Astro*
ductus.

^e Alibi coniecimus *Dercia* legendum,
& sequenti versu *Bombycij*.

^f penna.

^g hic.

^h — Boream propior sapit: alter aquarum,
Troicus haurit aquas, funditque ubi
Ephebus ab vrna.

Pone auidus, iacet in Notialia nubila
pronus.

Alibi explicauimus.

^k Melius hic foret *cingula*.

^l Ex Cicero: *Quem veteres solis*
Calestem dicere Nodum.

^m Threici.

^a *Argyropisus* Arato.

^b Versu mutilus.

*Electra, Alcyonéque, Celano, Taygetéque,
Et Sterope, Meropeque simul, famosa-
que Maia
Prole Deo: cerni sex solas carmine,
Mynthes
Afferit.*

Mynthen nominat nescio quem, qui
Astronomica carmine scripsit, quod si
verum est, apud Theonem, pro *Quasi* η
oi $\mu\theta\eta\iota$ in Pleiadum fabula legi poterit
Quasi η $\mu\theta\eta\iota$. Fabulae sequentes apud
Theonem, Hyginum, & Anonymum
sunt.

^a melius *moestum*.

^c *Atque os discretum procul edere, de-
stitutam*

*Germanosque choros sobolis lacrimare
ruinas,*

*Diffusamque comas cerni, crinisque so-
luti*

Monstrari effigie:

Verissima emendatio. Anonymus:
*Vocatamque Electram, qua non sustinens
videre casum pronepotum fugerit. Unde
et illam dissolutis crinibus propter lu-
ctum ire asserunt, et propter comas qui-
dam Comeren appellant.* Hyginus: *Alij
dicunt Electram non apparere, ideo quod
Pleiades existimantur choream ducere in
stellis. Sed postquam Troia fuit capta,
et progenies eius qua à Dardano fuit
eversa, dolore permotam ab his se remo-
visse, et in circulo qui Arcticus dicitur
constitisse, ex quo tam longo tempore la-
mentantem capillo sparso videri. Itaque
a facto Cometen esse appellatum. Ovi-
dii Factorum iv.*

*Sive quod Electre Troia spectare rui-
nas*

*Non tulit, ante oculos opposuitque
manum.*

^f Fortè: *Quin Meropen alij, postquam
sua Sisyphæ vincla, et versu sequenti pro
suo, malim scavo, vel lano.*

^g *Vix tenui longè face sit spectabilis istas,
Alterno redeunt cum bina crepuscula
mundo, &c.*

^h Puto *astrales*.

*Dextera merentis soliam prope Castiepeia,
Tenditur, ingentique dehinc vestigia passu
^a Pulverulenta quasi cano procul aère pandit.*

PLEIADES.

PLEIADES femoris pariter sub sine sinistri
Perseus protollit: locus has habet arctior omnes
^b *Connexas. lenta facit haud procul istas
Ostentat rutili lux sideris, agra sororum
Lumina nec claro flagrat rubor aureus astro.
His genitor, vero si fluxit fabula fonte,
Pænus Atlas, subiit celsa qui pondera molis,
Caliger, atque humero magnū super athera torquet.
Fama vetus septem memorat genitore creatas
Longævo: sex se rutila inter sidera tantum
Sustollunt. septem fert fabula prisca sororum
Nomina, sex sese tenui sub lumine reddunt,
^c *Electra, Alcyone, Celano, Taygeteque,
Et Sterope, Meropeque, simul famosaque Maia.
Prole dei cerni sex solas carmine Mynthes
Afferit: Electram tælo abscēssisse profundo
Ob formidatum memorat prius Oriona.
Pars ait Idæa deslentem incendia Troia,
Et numerosa sua lugentem funera gentis,
Electram tetrīs^d mastam dare nubibus orbem,
Sæpius obscuris caput ut sit cincta tenebris:
Nonnunquam Oceani tamen istam surgere ab undis,
In conuexa poli, sed sede carere sororum:
^e *Atque os discretum procul edere destitutam,
Germanoque choro sobolis lacerata ruinis,
Diffusamque comas cerni, crinisque soluti
Monstrari effigiem; diros hos fama cometas
Commemorat tristi procul istos surgere forma.
Vultum ardere diu, persandere crinibus atheram,
Sanguine sub pingui rutiloque rubere cruore.
^f *Quin Meropen addit postquam Sisyphæa vincla,
Et thalamos scavo sortita est omine diuim,
Indignam aëria credunt mage sede fuisse.
Sic anceps numere sit fabula, sexque per atheram,
Vergiliæ cerni tenet usus, sed simul omnes
Arctæuere globum: ter in auras angulus exit
Flammiger, et mixtis Atlantides ignibus ardent,
Nec tamen est fama similis vigor, ampla sorores
Fabula nobilitat: modus illis parvus, et ignis
^g *Vix tenui longè face sit spectabilis istas
Alterno redeunt cum bina crepuscula mundo,
Seu nox^h australes adolet cum cærulea flammæ.*****

Seu matutinus cum sidera disicuit ortus,
 Conuolui calo summa pater annuit aethra,
 Nec minus amenti cum crine attollitur astus,
 Et cum cana comas redit anno bruma rigenti,
 Tempore designant, nam si se gurgite tollunt
 Vergilia, curuas in flaua noualia falces
 Exercere dies: si condunt equore flammis,
 Tellurem presso profcindere tempus aratro.

LYRA.

EST Chelys illa dehinc, tenevo qua lusit in auro
 Mercurius, curua religans testudine chordas,
 Ut Parnasseo munus memorabile Phæbo
 Formaret neruis opifex deus, hanc vbi rursum
 Conventus superi compleuit pulcher Apollo,
 Orphea Pangæo docuit gestare sub antro.
 * Hic iam fila nouem docta in modalamina mouit,
 Musarum ad speciem: Musa satius ille repertor
 Carmina Pleiadum numero deduxerat: at cum
 Impia Bassaridum carpsisset dextera vatem,
 Et deuota virum tegeter Libethra peremptum,
 Intulit hanc calo miseratus Iuppiter artem
 Præstantis iuuentis, pecudes qui & flumina vates
 Flexerat: Admixi qua semet sidera porro
 Sustollunt, lætium propter Chelys hæc femur adstat.
 Aduolat ast aliud latus Ales, & ore canoros
 Tenditur ad neraos, media est Lyra sede dicata
 Cycneo capiti, & curuis conterminis signo.

CYCNEVS.

NANQVE & sideris Cygnus fecat æthera pennis
 Donatus celo, non eltro lucidus astro,
 Sed tamen os flagrans, & guttura longa coruscans.
 Grandibus haud equidem stellis, non his tamen atris
 Obscurisue micat, trahit in connexa volatum
 Persacilem, & dextro lato Cephæida dextrum
 Radens remigio, summa ad vestigia lætium
 Declinatur Equi: sic magno præpes Olympo
 Subuehitur, subit occidui sic marmoris yndia.

AQUARIVS.

NAM post Cornipedem flagrant duo sidera
 Pisces,
 Pisces * Bombycij: caput autem subter equinum
 Læomedontiade se dextera tendit ephæbi,
 Ipse dehinc longos insignis Aquarius artus.
 Adstat ad hirsuti caudam pulcher Capricorni.

...
 ...
 ...

...
 ...
 ...

...
 ...
 ...

...
 ...
 ...

...
 ...
 ...

...
 ...
 ...

...
 ...
 ...

...
 ...
 ...

...
 ...
 ...

...
 ...
 ...

...
 ...
 ...

...
 ...
 ...

...
 ...
 ...

...
 ...
 ...

...
 ...
 ...

...
 ...
 ...

...
 ...
 ...

...
 ...
 ...

...
 ...
 ...

...
 ...
 ...

...
 ...
 ...

...
 ...
 ...

* Bombycij, vt alibi ostendi.

^a Legendum ubi, nisi Auienus ut, pro ubi posuerit. Nam & supra legitur:

— ut arvens

Longius effusum spaciosa volumina tendunt.

^b Antiqui codices Hic iam optimè. Ridenda est Morelij audacia, qui primus mutauit.

^c Ita alibi pulsuque Deus semel ordine facto Flebitur astius, Deus est Sol. Pulsus, & regis, regis inter alia est pelere, vnde regis nata, & Tropici circuli, quia, ut Hyginus ait, ultra eos Sol non transit, sed statim reuertitur. Vnde *regis* Astronomi Latini Pulsus transulere. Sallustius in Historiis: Orion oritur iuxta Solis astini Pulsus.

^d Aratus mergos tantum nominat. Hic rectè Mergos, Phocis coniungit. Verique enim cum possint in Terris versari aqua præferunt. Nam & Phocas nonnunquam in terris esse, ibique spirare, dormire, parere, tradit Plinius. Latini Vitulos marinos vocant.

^e cum lux in arundine flagrat Ignis mundanis

^f Versus hic cæsura caret, nisi voces transponas.

^g Si chelam leges ad ipsum Scorpionem referetur: si Telum ad Arcitenentem: & non ineptè eadem vox erit repetita quod familiare Auieno. Exigit est *regis*, ni malis Erigit.

^h abditur autem.

ⁱ aliam.

^k Telum Legendum.

IMVS ^a ut australi descendit circulus axe Signifer, inque notum rutili cadit orbita solis. Hispida serosi marcet species Capricorni. ^b Huc cum Threicia veniens à cardine Phœbus, Verit iter, ^c pulsusque deum, mirabile dictu, Brumalis redigit, non tum mihi longa phaselis Aquora tententur, non tum freta turbida pinus Quis petat: angusto decurrit tramite nanque Parua dies, vastoque debinc depressus in alto, Nequicquam pigra clamant sidera lucis: Interea totis notus acer sauiet vndis, Excitumque satum verret notus. aurea solis Cum nota cornigeri sidus pepulit Capricorni, Tum dirum calo frigus redit: aspera nautis Tunc sunt fluctuagis: tamen isti sope malorum Immemores, agitant totos in fluctibus annos, ^d Mergorum & foce similes: trahit vnda patientes. Ac retrahit: quarunt oculis distantia longe Littora, & in pontum cogunt lucra semper hiantes.

SAGITTARIVS.

PAR metus ex pelago tibi sit quoque, Sole Sagitta Cum leuis adflatur, ^a cum lux in arundine flagrat, Ignis mundani cum tela extrema coquuntur, Cumque Sagittiferi torret vapor aureus Arcus. Tum quoque si piccam spectaris surgere noctem, Informem tetræ tellurem ut vestiatis alis, Littus ama, ^b fuge solers carula tegmina noctis, Exitiumque sali, rabidique pericula ponti Anteueni, iam solue memor vaga carbasia malo, Iam prolixarum iaceat rigor antennarum. Mensis an infausti vel duri sideris index Scorpium exoriens sit tempore noctis adulta. Hic matutino veniens procul equore & calum Exigit è pelago, telum trahit vltima cauda. Cunctatur pigro post tergum sidera iuxta, Arcitenens, tardos & gurgite liberat artus. Tum Cynosura etiam matura in tempore noctis Altius in boream susollitur, ^c abditur autem Orion redeunte die, tum brachia Cephæus, Protenta sive manus, mediamq. immergitur aluum.

SAGITTA.

QVIN norum ^a alia superum conuexa Sagittama Sed tamen hac arcu tereti caret, inscia nervi: Insicia nam domini est: ^b calum super aduolat ales

Ales Olor, sed Threicio conterminus axi,
Cana pruinosus extendit colla sub Arctos.

A Q V I L A.

ARMIGER hanc etiā Iouis aduolat, arbiter ignis
Etherij, sed membra minor: procul hic tamen alto
Cum redit à pelago, & mouet in conuexa volatum,
Fine tenebrarum. summaque in margine noctis,
Spumofum late mare subruit, omnia cali,
Omnia terrarum mox flabra procacia verrunt.

D E L P H I S.

T V M curuus caudam subit inter sidera Delphi,
Dux Neptune tui quondam super aquor amoris.
Hic iam detrusa in latebras procul Amphitrites,
Ardus occiduos humeris vbi sustinet axes
Pleiadum genitor, perruperat hic vagus omni
Gurgite dilectam domino maris vltimo ab orbe.
Mollis dorfa tulit: breue signo corpus in astris,
Et super^a auritum ponto surgit Capricornum;
Hic medios artus deter stupet, altera porro
Quattuor illustrat facibus rubor aureus, atque
Bis gemina discreta sita mitat ignipotens lux.
Omnia que Soli & rigido interfusa Aquiloni,
Etheris incurui moles rotat, inque frequentes
Occasus ortusque trahit moderator Olympi,
Sunt digesta mihi, que rursus limite abusque
Sese Hyperionia, pluuiialis concava in austri
Dimittunt, terram donec notus ambiat aethram,
Dicere Romuleo conuitor carmine solers.

O R I O N.

S V B T R A H I T obliquo qua sese circulus orbe
Signifer, in boream australes egerit umbras
Vt medij iam mole poli fera pectora Tauri,
Suscipit Orion: neque quisquam nocte serena
Transferit, celso late se cardine pandit,
Auratumque rubens dimittit baltheus enses

S I R I V S.

T A L I S & ipse virum gemina ad vestigia custos
Insequitur, sic flammigero distinguitur astro
Aetheria Canis ille plaga, cui plurimus ardor
Aestuat in mento, multus rubor imbuit ora,
Stridit anhelanti face pestifer aëra motu,
Torret & immodica terras coquit igniblis astra:
Hic varius ardet stellis rutilantibus artus:

Fontè etiam hinc repetita voce: Ar-
miger legendum. Sæpe ea Figura vitur
Auienus: Sæpe quoque ea iniquis ex-
scriptoribus mutadi dedit occasionem

Mollis dorfa, vt supra curuus cau-
dam, & caetera plurimus. Auienus ple-
rumque ex loig^a.

Nescio cur Capricornum Auienum
appellat: Alibi sæpe hirsutum vocat.
Considera an non & ita hic legendum
sit.

hoc est alteram partem, vt de Ser-
pente altera porro Plurimus

Vide an legendum sit:
Subrhis obliquo qua sese Circulus
orbe

Signifer à Borea, inque Australes se-
gerit umbras,

Sub medij iam mole Poli fera pectora
Tauri

Suscipit Orion.
Tamen vt medij potest tolerari, vt sen-
sus sit mole Poli velut medij. Sed caetera
tolerari non possunt.

Stridit anhelanti face pestifer aëra
motu.

Torret, & immodica Terras coquit
ignibus astra.

Antiqui codices habent in medici. Co-
quit, vt supra, cum tela extrema co-
quuntur.

Antiqui habent *Alueus Oceanus* est: Legendum *Alueus* *cyaneus* est: Antiqui Y Græcum OE Diphthongo reddere solebant.

^b *Marcebut sata cuncta diu:*
^c *Calari pro calore.* Ita sæpè Auienus, *ap' quibus.*
^d Huius vocis repetitio, quæ versu sequenti est, vter supra, errorem præbuit. Legendum enim & hic *Sirius*.
^e *Fortè.*

— altera si qua

Stellarum fulgent rutila, ut qua plurima longo

Bellua fert lateris.

Lateris pro latero. Sed dubito quomodo *Canis* rectè *Bellua* dicatur. Vide an *malis longi Regula fert lateris.*

^f In Manuscripto Germanici in quo hi versus inseruntur pro *autem* est *igneo*. Rectè, ut puto, sed

^g — neque enim se *Thessala cymba*.
Solenni in faciem monstrat mare. Extrema puppis

Surgunt Oceano velut alto à gurgite
Nautæ

Cum portum tenuere, auidi volitantia raptim

Sipara conuertunt, tergoq; incurus remulco

Littora certatim subeunt simul:

Antiqui habent *Solenne* non malè: Ita *Ouidius* in *mare* pro *in mari* posuit. Si *parum* est id quod velis annectitur, *olypor* Græcè: *Lucanus*: *imago pandens*

Sipara velorum perituras colligit auras.

Silius: *Vos summi annectite sipara veli.*

Cicero pro *velo Mimico* sumpsit de *Provinciis Consulum*: Et ita *Festus* interpretatur. Sed male legitur *hodie siparium*. Dubito quomodo dixerit *tergo remulco*, eū *remulco* sit substantiuum.

Antiqui habent *tergumq; in curua remulco*. Rectè, ut sensus sit, *Littora subeunt certatim tergum nauis remulco*.

Remulco trahi dicitur, cum *navis magna Scaphæ* remis ducitur, ut *Festus* monet. *Isidorus* *Remulcum* *funic*, quæ

deligata vni trahitur vice remi. *Cæsar*: *navem remulco, multisq; contendens*

funicibus eduxit. Hinc *remulcare*, *percedere* *Polybio*, & *Diodoro*. *Afranius* dicit: *Si qua celeritate solui poterat in al-*

lum remulco retrahitur. *Valgius*:

Hic mea meo longo succedens Borea re-

Latantem gratis sicit in hospitio.

Latantem gratis sicit in hospitio.

Latantem gratis sicit in hospitio.

Latantem gratis sicit in hospitio.

Sed non est simili cunctis vigor: vndique quippe

Alueus cyaneus est: mento grandè effluit ardor,

Qui formidato sub nomine Sirius æthram

Vrit: hinc rutilos si sol adflexerit axes,

Quantus corporibus, quantus labor imminet agris:

^b *Marcebut sata cuncta: diu nanque indiga succi*

Si qua iacent, cedunt, valido penetrata calore,

Ac decoctorum languebunt germina florum:

Illæ autem interno quæ sunt animata vigore,

^d *Si prius attollit blandusque illabitur herbas*

Sirius & dulci nutrit tepesacta sereno.

Hunc hunc flammanti cum primùm vibrat ab ortu,

Auribus atque animo capimus procul: altera si qua

Stellarum fulgent, rutilant quæ plurima, longi

Bellua fert lateris, neque multa luce coruscant,

Et designandis tantum sunt addita membris.

LEPVS.

PARVVS in stellis *Lepus* est quoque: nanque ubi magnus

Emicat Orion gemina ad vestigia subter

Urgetur cursu rutili Canis: ille per æthram

Effugit instantem, premit autem Sirius ore.

Auribus primis emittit gurges ab undis:

Ille minax pavidum supereditur, & procul idem

Cum Lepus occiduum sese inclinavit in aquor,

More latebrarum repetens freta, Sirius alto

Desluit ab calo, merx sanguine per humida quarit

ARGO.

MAGNVS *Iasoniam* cauda *Canis* extrahit *Argo*,

Puppe refulgentem: neque enim se Thessala cymba

Solenni in faciem monstrat mouet extrema puppis

Surgunt oceano velut alto à gurgite nautæ,

Cum portum tenuere auidi, volitantia raptim

Sipara conuertunt, tergoque in curua remulco

Littora certatim subeunt simul, illa marinas

Iam defuncta vias, procul imi littoris atq; pone

subit, terramque tenens secura quiescit:

Sic Argo rutilam tantum inter sidera puppim

Ducitur, occultat rigido tenuis altera malo,

Sponte gubernaculum puppis dimittit in undas,

Celsior, ac merso descendit in aquora claua

CETOS.

DISTANTEM *Andromedam* prolixi tramite mundi

Perterret

Pertetteret Cetus, nam Threicij prope stabra
 Andromedam borea celso rotat aethere cardo.
 Bellua dira noto vehitur: trahit auster in arcto.
 Ora inimica salo: nam qua se laniger alto
 Celo Aries tollit, qua Piscibus astra duobus
 Argentur, rutilat subter Nereia Pistris,
 Efflua percurrent non multi fluminis astra.
 Illa memot longa formidinis, illa^b duorum
 Inter signa tenax, horret squalentia monstri
 Terga procul, pavidumque super caput inserit vndis.

FLUMEN.

Quin & ceruleo flumen quoq. gurgite manans
 Astra inter sedes qua deum, pars equoris esse
 Credidit Ausonj: namque hunc dixere priores
 Eridanum, Venetos late qui lapsus in agros,
 Alpino Adriacos impellit gurgite fluctus.
 Hic susum celo quondam Phaethonta sub vndas
 Excepit senior, leue cum sensere iugales
 Aetherij rectoris onus, cumque ignifer axis
 Tramite sub mundi mortales spreuit habenas,
^a Diis data tum late texere incendia terras,
 Astra vorax ignis, flamma sola cuncta coquebant,
 Donec fata sui miseratus Iuppiter orbis,
 Redderet etherij Phoebus moderamina cursus.
 Illum prolaxis dura Phaethontides vlnis
 Planxerunt, redit supero pax aurea mundo.
 Eridanumque senem nutu Iouis omniparentis
 Astra receperunt, Pharium pars altera Nilum
 Commemorat, largo segetes quod nutriat annis,
 Arentisque locos, vnda^c fecundat alumna,
^e Vel quod de medijs prolapsus parte diei,
 Vastus in equoreas pelagi sese inferat vndas.
 Iste pedem leuum rutili subit Orionis,
^e Fusaque qua geminos adstringunt vincula pisces,
 Eridani coeunt anfractibus, ^b vnde procul ille
 Tenditur effusi vi gurgitis: huc quoque crista
 Cedit apex, summa qua lux Pistrice coruscet
 Desuper, & flamma candarum cingula figit.

PISCIS MAIOR.

INTER demissum procutin vada cerula clauum
 Puppis Iasania depictaque terga carinae,
 Et Pistrim vndicolam, Leperis qua tenditur alius
 Stellarum creber rutilat rubor, haud tamen istis
 Vel lux multa micat, vel sit memorabile nomen:
 Nulla etenim forma flammatarum Iuppiter ignes.

^a Arcton.

^b Forte Suorum hoc est patris, & matris, & sponsi.

^c Hæc sunt corrupta: forte cum prioribus ita restituenda:

Quin est ceruleo Flumen quoque,
 gurgite manans

Astra inter, sedesq. deum: pars Equor
 id esse

Credidit: Ausonij namque hunc dixere priores.

Nonnulli putarunt esse Oceanum: non omnes: Nam Itali veteres Padum. Hyginus: Complures autem Oceanum esse dixerunt.

^d Scriptum fuit *Disdata* pro *didita*.

^e Facunder. Sequitur enim *inferas*.

^f Anonymus: *ided inter astra collocatus, quod à Meridianis partibus cursum dirigat.*

^g Ciceronem imitatur: vt alibi ostendimus.

^h Legendum puto:

Eridani coeunt anfractibus: hinc procul ille

Tenditur effusi vi gurgitis: hinc quoque crista

Cedit apex.

^a hoc est omnes.

^b Ne spectanda forent.

^c Cetera descriptis aptantur singula membris
Formarum: Flagrans Leporem quod
Sirius urget,
Languida, nec certo sub nomine cuncta
ita feruntur.

^d Protollunt: dextram sed tantum
propter Epheri,
Pocula quem diuini mensis gestare
loquuntur.

^e Fortè:
Cunctis nomen Aquæ est: Stella quoque
denique propter
Ora Sagittiferi, qua se vestigia prima
Cornipedis simulant, circumuoluuntur
Olympo,

^f Quæis marceat, pro quæis marceat.
Ita supra: quibus usque ferinâ Prona
sit effigie pro prona est. Et infra similis
quibus haud sit imago.

^g hanc Aram videlicet.

^h Nam Polus, aduerso qua tollitur
Axe Bootes,
nisi malis: Nam Polus ab aduerso qui tollitur
axe Bootes

ⁱ hoc est sublimis. Sed puto legendum
Arcticus.

^k melius: procludere, aut producere.

Discreuit, nullos simulant hac corporis artus,
Qualia digesto mundus sacer ordine voluit,
Semper in antiquum retrahens iter omnia secum
Sectorum serie longa, istas denique signant
Interualla faces, similis quoque lux habet^a omnis,
Par modus, occasu pariter referuntur & ortu,
^b Ne exspectanda forent ponto quod sola carerent,
^c Cetera descriptis aptantur singula membris,
Formarum flagrans leporem, qua Sirius urget
Languida, nec certo sub nomine cuncta feruntur:
Ultra setosi rursum speciem Capricorni,
Cardinis immergi qua sunt australia flabra,
In Pistrim horrificam conuersus viscera piscis
Subuehitur: notium vocat istum Gracia piscem.
Stella alia mundo qua pulcher aquarius instat,
Et qua cristato censurgit bellua dorso,
Usque sub aëry rutilantia sidera Pisces,
Sunt media flamma steriles ac lucis egena:
Nam passim ignoti vice vulgi semet in athram
^d Protollunt dextram, sed tantum propter epheri
Pocula, quem diuini mensis gestare loquuntur,
Efflua se species liquidarum fundit aquarum
Partes in geminas: lux illic clara duabus
Est solum facibus, non hæ spaciota per athram
Interualla tenent, neque lumen lumine forte
Collidunt, vni Phrygium nauis subter epherum
Ardeat apex, alij qua curuam bellua caudam
Terminat insignis, lato vomitur globus igni.
^e Cunctis nomen Aqua est, qua stella denique propter
Ora Sagittiferi, quo se vestigia prima
Cornipedis simulant, circumuoluuntur Olympo
^f Quæis face sub tenui tenebrosus marceat ignis.

A R A.

ECCÈ venenata qua Scorpius agmine caudæ
Plurimus erigitur, tepidumque superuicat austrum,
Paruulus hic Aram locus exprimit. ^g hoc satis arcto
Tempore suspiciens mundo rutilante referri.
^h Nam polus aduerso qui tollitur axe Bootis,
Quantum suspensio vada linquit turbida calo
Oceani, tantum in sibimet contraria tendit.
Arcturam vertex leuatⁱ arduus, imbrifer nostri
Aram cardo premit: breuis ollæ semita celi,
Occasusque celer, tamen isto luciparens nox
Fata hominum miserata prius, miserata labores,
Certa procellarum statuit^k prodece signa,
Ne tibi cum densò conduceretur aëre calum,

Inter

Inter nimbiferas nubes spectabilis existet
 Ara poli, longa ve glomerent circumque supraque
 Fæta pruinarum se vellera, qualia tristi
 Coguntur vento, terraque ^a excita per athram
 Nubila conceptos effundunt de super imbres.
^b Non Ara, non sit tali sub tempore vertex
 Clarior hoc: nam sæpe nouum prænoscere signo
 Nox dscuit, noctis si quis præcepta sequatur,
 Incassum zephyri voluunt mare: si quis at ista
 Respuat, incautas percillent flabra carinas:
^c Vix, scis, sera Iouem subeat miseratio rerum,
 Pigra salus nauitis redeat fluitantibus alto.
 Certior ast ollis veniet spes, axe supremo
 Si boreæ stringat rutili coma ^d fulguris auræ.
 His signis austru raptabunt flabra fluentum,
 Donec de boreæ rutilum iubar emicet axe.
 At si Centaurum medio sub tramite celi
 Videris, vt fluctu tantum discedat Eoo,
 Quantum adit occasum, sit rectus de super autem
 Nube humerum, & calo sint omnia signa priora,
 Eurvs erit, verret falsi vada gurgitis eurvs.

CENTAVRVS.

CONTEMPLATOR enim gemina rutilatia forma
 Viscera, quod signis ^e subtegit membra duobus.
 Nam qua parte hominem quadrupes sustollit equino
 Ventre superstantera, versatur Scorpius ingens:
 At qua cornipedem media vir fundit ab aluo,
 Curua venenati ^f sunt tantum brachia signi.
 Ille autem dextram protendere visus ad Aram
 Calicolum, iusta persaluit munera vita,
 Agrestemque manu præadam gerit: hic vbi celsa
 Pelion adsurgit dorso, nemorosaque late
 Inserit æriis iuga nubibus, arbiter aquæ,
^g Egerat Alcida legum post bella magister.

HYDRA.

DESUPER ingenti sese agmine porrigit Hydra,
 Que prolata salo longe latus explicat athra.
 In Cancrum protenta caput, caudamque ferocè
 Centauro inclinat, transit spaciota Leonis
 Viscera, & ingenti sub Virgine summa quiescit.
 Quin etiam spirare putes, sic agmina calo
 Lubrica conuoluit, sic spiras pendula torquet,
 Sic & flammigero linguam iacit ore trifurcam,
 Spirare medio gestat Cratera coruscum,
 Vltima ceruleum sustentant agmina Coruum,
 Ales vt intento sodiat vaga viscera rostro.

^a vt supra: Excitumque salum.

^b Rectè emendauit:

Non Ara, non sit tali sub tempore
 vertex

Clarior: hoc nam sæpe Notum præno-
 scere signo

Nox docuit:

^c vix, si sera Iouem subeat miseratio
 rerum.

^d Physicè Iouem interpretatur fulgur:
 ex Græcis Scholiastis, quos diligentis-
 simè perlegit.

^e vt alibi: Fraternos subtegens Lano
 iugales.

Plinius: singulis corporum morbis reme-
 dia subtegemus.

^f Coniicio, se tendunt brachia signi.

^g Fortè Degerat hoc est habitarat:
 Anonymus: habitasse Chironem in Pe-
 lio monte. Legit nimirum Auienus
 Græcos Interpretes, quos ille transtulit.

α οὐρανὸν ἔχει οὐρανὸν ὡς ἔπε.

— trahit ingens machina cali.
Cuncta super: Pingunt rutilam sua sidera noctem

Super αὐτοῦ ὡς ἔπε. ut alibi:
Versa Lycaoniis sed suspectatur in
Vrsis
Forma super.

Lego: ductus.

aliquo pacto hoc est vilo modo.

Hyginus: Ut si quis in nauticula rostro sedens inquirat ad puppim transire, & nihilominus ipsa navis iter suū conficiat, ille quidem videbitur contra nauticula cursam ire, sed tamen eodem perveniet quo navis.

— Vis tamen istis.

Obuia labentis semper sustollitur aethra,
Unicaque in solis adolent incendiis flammis.

Per aethram suo more aethera intelligit. Duo ponit Axiomata Philosophica. Prius est, quod caelum primum sustineatur quo minus ruat occurso motus secundi. Empedocles dicebat ἄλλο τὸ δῖον ἰστέον ὁ οὐρανὸν ἔχει οὐρανὸν ὡς ἔπε. & εἰς ἄλλο τὸ δῖον ἰστέον ὁ οὐρανὸν ἔχει οὐρανὸν ὡς ἔπε. Οἰκτιρῶν ἔστιν ὁ οὐρανὸν ἔχει οὐρανὸν ὡς ἔπε. Posterior est, quod experientia docetur in primo mobili multas esse stellas, in aliis Sphaeris singulas. Aristoteles ἐν μὲν τῇ περὶ οὐρανὸν ἀστρονομικῆς ἀπορίων ἐπιπέδου ἐν τῇ περὶ οὐρανὸν ἀστρονομικῆς ἀπορίων ἐπιπέδου.

tentabimus,

implexa.

ita supra: iugum vicinis mordet. Graecè δάκνειν reprimeret significat.

Aurea.

Languet ut stellis.

PROCYON.

ULTIMVS est Procyon Geminorū subditus astro, Ore micans rutilo, trina face^a viscera lucens. Ista volutatos cernuntur cuncta per annos, Hæc vehit Oceanus pater omnia, merisque rursus Hauriet Oceanus, b trahit ingens machina celi, Cuncta superpingunt rutilam sua sidera noctem.

PLANETÆ.

QUINQUE iidem stella, similis quibus haud sit imago.

Nec quas formarum^c doctus notet adfixarum, Per bisseña poli volitant rutilantia signa. Nullus eas^d alio pacto deprendere certet: Tam vaga per totam cunctis via defluit aethram. Semper & aduerso referuntur tramite mundi. Mundus ab Eo^e trahitur reparabilis alto, Pronus Atlantei procul in vada cerula ponti: Illa in subiecti cogunt iter aetheris orbem, Nitentes in summa poli, motuque feruntur Aduerso Solis radiis, ceu cum vada cymbas Prona vehunt, si quis prora nitatur ab alta In puppim proferre pedem, via carpitur olli Curfibus inceptis contraria: f vis tamen istis Obuia labenti semper sustollitur aethra, Vnicaque in Solis adolent incendia flammis, Longa volutandis tamen olli tempora currunt. Pigraque se referunt, sedes sortita priores Omnia: non illas animis audacibus ergo, Carmine non ceco^g tentauimus hoc satis vnus Musa mihi, satis hoc longi labor egerit aui, Si defixarum cursus & signa retexam.

CIRCULI.

QUATTUOR aërios Zone cinxere meatus: Quattuor has cursus & tempora nosse volentem Scire sat est, quin signa etiam sunt quattuor istis Plurima, quæ Zonis hærentia conuoluuntur. Ipsa inconcussa retinentur sede per annos, Mutuaque^h implexa sibi met consortiaⁱ mordent: At modus in binis protenditur. k Aëra pepli Sidera nocturni, si suspectare libebit: Nec scindunt medium Phœbeia lumina mensæ, l Languet ut in stellis species hebes, omnia cali Illustrante dea, ac flammis superante minores, Orbe sed haud pleno smit igni feruere acuto. Sidera, candentis speciem super inspice Lactis protendi

Protendi celo: ^a color olli nomen ab ortu
 Primigeno statuit se, Zonam Gracia solers
 Concelebrat, nostro sic Baltheus ore notatur:
 Non isti forma similis, similisue colore
 Circulus est alius: modus & mensura duobus,
 Est compar solis: alios ^b duo parcior arctat
 Linea, nec multa trahit istos ambitus aethra.

HORVM alius, duri^c cū soluunt stabra aquilones,
 Et ^d cum praecipitant borealia flamina sese,
 Axe Lycaonio iacet obuius: hic Geminorum
 Sunt capita, hic genua Aurige desixa quiescunt:
 Circulus hic idem retinet pede Persea Leuo,
 Atq. sinistro humero cubito tenus: ^e hic quoq. dextrā
 Sustinet. Andromeda manus extrema, desuper acri
 Subrigitur borea, cubito inclinatur in austrum
 Mœrens Andromeda: hic celeris vestigia summa
^f Prastringuntur Equi, prastringitur Ales ab ipso
 Verticis extremo: secat hic humeros Ophiuchi
 Circulus, & secum flagrantia dorsa reuoluit:
 Erigone tepidum sese summittit in austrum,
 Virgineusque pudens Zona superimminet artus.
 Sed Leo, sed Cancer borealis tramite cali
 Viscera protendunt, vt circulus ima calentis
 Pectora perque alium procul in postrema Leonis
 Succedit: secat ast ^g alius per viscera plana,
 Et medio subter caua ^h tegmina diuidit orbem,
 Lumina recludens altrinsecus. orbita porro
 Ista poli partes si discernatur in octo,
 Quinque superuoluit se partibus: at tribus alti
 Intrat stagna salis: sol istinc flammiger aethram,
 Iam religit, ⁱ pulsusque deus semel ordine facto
 Flectitur aestiuo, neque celsum semita in axem
 Sideris erigitur, via rursus nota iugales
 Suscipit, inque notum rutili redit orbita solis.

^k Circulus iste quidem Cancro tenus adiacet axe,
 SEMPER in occiduo procul alter cardine in austri
 Diuidit imbriferi corpus medium. Capricorni,
 Idcirco pedes pueri, postremaque cauda
^l Carulea, breuis hic lepus, hic canis artus
 Conditur extremos: hic ^m Thessala cernitur Argo:
 Hic Centaurea fera molis terga secantur:
 Iste venenata dissecta volumina cauda
 Amputat: hic arcu protenditur ampla Sagitta.
 Ultimus hic Phæbo locus est, vbi lapsus in austrum
 Pellitur, albenti cum canent tempora bruma:
ⁿ Sideris hic metae procul istuc calite cursu,
 Axe ^o sereniferi descendit. Sol aquilonis.

— color olli nomen ab ortu
 Primigeno statuit: sic Zonam Gracia
 solers
 Concelebrat, nostro sic Baltheus ore
 vocatur

Gracia solers vt supra:
 Calestem memorat quem solers Gra-
 cia nodum, Ouidius:
 Gracia facundum, sed male forte ge-
 nus.

^b pro duos *ἄρκους*, vt alibi notau.
^c Scriptum fuit *quum* pro *quā*.
^d Iterum *quā* legendum.

^e — hic quoque dextram
 Sustinet Andromeda: manus extrema
 desuper acri
 Subrigitur Borea.

^f malim *perstringuntur* & *perstringitur*.

^g pro alter, Cancrum intelligit.

^h *ἄρκους*, Suprà: *quā* duto *concaua* dor-
 so Tegmina curuantur.

ⁱ pulsusque *ἄρκους*. Infrā: vbi lapsus
 in Austrum Pellitur.

^k Circulus iste quidem Cancro tenus
 adiacet Axe
 Semper in occiduo procul alter cardine
 in Austri, &c.

Axe pro *Axi*. Suprà *Axe* Lycaonio ia-
 cet obuius.

^l Versus mutilus. possis ita supplere:
 — postremaq. cauda
 Cerulea Pistris: Breuis hic Lepus: hic
 Canis artus
 Conditur extremos:

^m Sideris hic metas

ⁿ *ἀσπυλιος*.

^a succedens.

^b πάλαια γάλακτος; Legendum autem anni species aut in canis speciem.

^c Hic Aduerbialiter.

^d φθίον. Siegs Arato.

^e Spira Anguis leuis hic, Craterque: tenacia Corui
Oranhians.

^f recto.

^g quartus at iste Aduerlatius.

^h Cive repercussi momentum diximus. Astri.
κίβητο ἢ κεντροῦ Ἐπίλυ ερε πορφύρα.

ⁱ παρὰ δὴ λήοισι.

^k Calpesana.

^l Nam Titaneos. Sic apud Germanicum Titonijs ortus.

^m Tantus in aduersas, itidem est cum labitur vndas.
Signifer.

Partibus iste tribus tantum se circulus offert; Quinque latet, creperi^a succedens stagna profundi.

INTER vrung. dehinc quantus iacet ambitus illi Zonarum, ^b canis speciem qua lactis in ethra Cernitur ingenti se tramite linea tendens, Diuidit ima notis, discernit & alta aquilonis: ^c Hic luci modus & tenebris sub lege magistra Pensatur, nox aqua diem subit amula, Phœbus Lumina substituit paribusque reuoluitur horis, ^d Vel cum ^e summa æstas coquit agri viscera hiantis, Vel cum floricomio iam tellus vere mouetur. Ast isti celsæ qua tramite panditur ethra.

Iudicium est Aries: hunc totum linea quippe Sustinet; hic Tauri curuantur crura minacio, Et rutilat stellis hic baltheus Orionis. ^e Spira Anguis leuis hic, craterque tenacia corui. Ora inhiant: hic sunt flexarum denique flamma Chelarum: genua hic rigidi vibrant Ophiuchi. Nec Iouis armigero caret Alite: nanque per ipsum Fulua Aquila est caput. hic Equus eminet, hîcque comanti.

Ceruice erigitur clara dator Hippocrenes. Treis omnes ^f recte contentos tramite cali, Distantesque pari spacio sibi transigit axis, Omnibus & medijs vt circumfunditur idem.

DESPER. obliqua est alijs via; ^g quartus & iste Stringitur arctatus Zonarum mole duarum, Quas ab diuersa mundi regione locatas.

^h Scire repercussi momentum diximus astri. Hunc alius medium medius secat; haud dea Pallas, Vel licet hæc cunctos præcellat acuminè diuos, Compingat parili sic lubrica plaustra meatu, Implicet vt spacijs ⁱ sibimet distantibus orbes. Qualia deuexo nectuntur ab ordine cuncta, Vrgenturque viam similem, nocteque diesque, Lucis ab exortu procul in vada ^k Calpeitana.

^l Nanque Titaneos cum sunt elata profundo, Rursus in occiduos merguntur singula fluctus Ordine partito. similis nascentibus ortus: Scandendi lex vna mouet, par denique lapsus Omnibus, & simili conduntur sidera casu.

Ille autem Oceanitantum descendit in aquor, Quantum ab cæruleo distat Cancra Capricornus; Et quam vultus item est vbi gurgite protulit ortum, ^m Tantus in aduersas itidem est cum labitur vndas, Signifer in spacium quantum deducitur ora Ambitus extrema, puncti vice terra locanda est.

Vndas

Vnde acies oculis cum tenditur, hæc quoque puncti
Sedem habet. hoc signo procurrit rissa per auras
Signiferi in summum, medio de tramite si quis
Dirigat obtutus agilis procul, hosque locorum
Defessos longo spacio tener amputet aër,
Id, quod contenti visus absconditur, vitro
Si qui in signiferi patulum circumferat orbem,
Sex olli partes magne dabit ambitus ora.
Ast hæc dimensa spacij sic lege locantur,
Binaque decisis includunt partibus astra.

OLLE Cancer inest, Leo flammifer, Attica Virgo,
Brachia sunt iidem Chelarum, & Scorpius ipse,
Arcitenens: setosa dehinc species Capricorni
Voluitur, auratam protendit Aquarius vnam.
Tum dua sunt Pisces, Aries, Taurus, Geminique.
His se bis senis sol admouet, hisque recurrens.
Omnibus absoluit totos reparabilis annos:

^a Quæ cum signiferi graditur sol aureus orbem,
Singula frugiparos attollunt tempora vultus.

ILLIUS oceano quantum submergitur alto,
Tantum telluris supereminet, omnibus ista
Noctibus illabens pelago sex inserit astra,
Sex reparat: tanto nox humida tempore semper
Tenditur, extulerit quantum se circulus vndis.

AT si scire velis, mora lucem quanta retentet,
Et quanto nox atra sibi trahat ocia lapsu,
Quæ præcul oceano consurgunt signa notato:

^b Horum semper enim comes est^a Titanus vni:

Horum prima oculis memor incunabula quare

Luminis ipsa, vagi captans venatibus ipsa,

Ipsa notans mundo^a qua sic se nubibus abdent.

Aut si consurgunt, ut tellus sæpe tumescit,

Occultata ingo, prætentaque rupe latebant,

Prompta via est aliis venientum tempora signis

Noscere. ^c nanque ipso deprenderis indice cuncta

Oceano, magnam qua circum amplectitur vndis

Tellurem, curruet celando ut littora mundo,

Latius atque sinu patuli salis hauriat astra,

Istius indicium præbebunt cornua semper,

Vel matutino qua per strepit aère^f fluctu,

Acer Atlantei vel qua furit æquoris astus.

NAM non obscura, cum Cancer commouet ortum,

Oceano stella circumuoluentur utroque

^g In freta labentes, aut qua rursus eor

Parte ferant mundi. Minoæ clara Corona

Serta cadent, austri tergo cadet incola Piscis:

Hunc medium pendere tamen, mediumq. sub vndis

^a Fortè Quæ cum.

^b Horum prima oculis memor incunabula quare:

Luminis ipsa vagi captans venatibus,
ipsa,

Ipsa vocans Mundo:

Suo more idem variis vocibus exprimit, καὶ τοῦ θεοῦ ἰσχυροῦ.

^c Suprà dixi.

^d — qua se se nubibus abdent,
Aut si non surgent,

^e — nanque ipso deprenderis indice
cum

Oceano, magnam qui circumplectitur
vndis

Tellurem, curruet calando ut littora
Mundo,

Latius, &c.

Mundum vocat, non cælum, ut sæpè,
sed cælestia sydera.

^f Fluctus.

^g Versus mutilus. Supple.

In freta labentes, aut qua rursus eor
Parte ferunt Mundi.

^a *ovando xiv iterum Cuius Ver-
sum trapezium Arato.*

^b Eleganter emendavi.
*Agmine quæ vasto fluitat caput,
aspera ceruix
Quæ tumet, & spiris quæ surgent
pectora primis.*

^c *almi.*

^a *incipiens. Nota ꝑ ꝑꝑꝑꝑ incipiens re-
linquit pro incipit relinquere.*

^c *Contra autem illius concedit sideris
ortu.*

^c *replicato in se ipse residens Poplite.
Ita supra pro Luce manens restitui Ipse
manens necessario.*

^e *Suprà: Exigit è Pelago.*

^b *nam Virgine Eoa consurgente freto,*

ⁱ *Suprà: Efflusa se species liquidatum
fundit aquarum*

^k *absconditur, vt supra: curuet celan-
do vt littera Mundo.*

^l *Lege: — iuba tota madescit:
Hydra superpositum procul in Crate-
ra mouetur*

*Parte alia, & liber vestigia Sirius
ardet*

Ultima,

^m *Suprà: Virgineusque pudens Zona
superimmet arcus*

ⁿ *Vide an malis flagrant. Nam
vox hæc non est illius æui.*

*Cedere per spinam rutila labente Corona
Semper suspicies: at tergi^a plurima versum
Ventre tenui summo supera inter sidera cernes:
Os & colla dehinc & pectora vasta per aquor
Mersantur. premit ab genibus celso Ophiuchum
Vsq. humeros Cæcer. Cæcer premit ortus & Anguem.
^b Agmine qua vasto fluit ad caput aspera ceruix:
Quæ tumet & spiris, qua turgent pectora, primis.
Parte nec Arcturus distabit multus vtraque:
Iam minor in superis, iam viscera plurimus alto
Conditur: hunc etenim consortem quattuor astris
Oceanus recipit. satur hic vix luminis^c Amni
Cedit, & ^d inspiciens tandem conuexa relinquit.
Tum iam plus mediis nox inclinabitur horis,
Cum labente die Phæbo comes ibit in vndas:
Ista quidem vasti conduntur gurgitis alto:
^e Contra autem nulli concedit sideris ortu
Orion rutilans ardentia cingula late,
Et flagrans humeros, & splendens ense corusco,
Eridanumque trahens alto se littore promit.*

A DVENIENTE dehinc villosa colla Leone,
Omnia qua Cancro sese emergente per athram
Extulerant, abeunt: quin & Iouis Ales in vndas
Conditur, & totis rapim petit aquora pennis.
Sed Nixus genibus replicato^f luce residens
Poplite, iam superi calatur corporis artus.
Non tamen iste genu, non lauanam gurgite plantam
Occulitur, non oceanus vorat omnia signi.
Proferit Hydra caput, claro Lepus exfilit ortu,
Et Procyon, primique pedes Canis ignicomantis.

ERIGONE falsis cum vultum^g exegerit vndis,
Aëris vt patuli iam conscia permeet athram,
Astrorum numerosa premit: ^h nam Virgine Eoa
Consurgente, freto cedit Lyra Cyllæna,
Cedit Delphinus pelago, ceditque Sagitta,
Primaque pennarum par canum condit Olorem:
Vix iam cauda salum superat: vix lumine parco
Eminet Eridanus, ponti proculⁱ efflusa tingit.
^k Celatur Sonipes caput impiger, ardua ceruix
Tei thos ima petit salsa, ^l iubar ora madescit.
Hydra superpositum procul in cratera mouetur:
Parte alia & liber vestigia Sirius ardet:
Vltima ceruleo produens aquore puppim,
Illa micat, maloque tenui sese exerit Argo,
Cum iam^m virgineos ather vehit altior artus.

NEC cum flagratas emittunt marmora Chelæ,
Sideris expertes & clara luce carentes,

Non

Non est nota dies, aut est ignobilis ortus:
 Namque is indicium proprio fert ore Bootes
 Plurimus exorians, Arcturumque emittus alto
 Cardine succendit: iam celso Thessala puppis
 Æthere subuehitur: iam mundo funditur Hydra
 Longior, extremaque polum subit indiga cauda:
 Curua Chy calo^a consurgunt brachia signi.
 Inspice ceu dextra referatur ab aquore planta,
 Inque Genu tantum nixus pede proferat ortum.
 Iste Lyræ rutilat conterminus, atque sub vndis
^b Hic tenebris petit occidui vaga carula ponti,
 Et mox oceano reparatur clarus eoo.
 Cum Chelis igitur pede tantum promitur vno:
 Ipse dehinc versus procul in caput, vltima monstri
 Terga manet, manet Arcitenens dum spicula calo
 Exerat, & supera vibret^c bellator in ethra.
 Hoc sidus reuehunt Chelæ, crux Scorpium ipse,
 Cetera cum medio, leuam, & caput, oraq.^d rursum
 Arcus agit. tribus hic tandem^e memorantia membra
 Partibus erigitur, tria totum denique signa
 Absoluunt pelago. media tum ferta Corona,
^f Ex qua Centauro diffunditur extima cauda,
 Prima venenati cum repunt brachia monstri,
 Surgunt^g oceano iam gurgite, & vltima Cycni,
 Et caput acris Equi premit aquora: iam procul ista
 Marmoris occidui penitus petiere profundum,
 Hausta salo: caput Andromeda freta vasta receptant:
 Ac formidatam deuexi cardine mundi
 Fluctigeni speciem monstri superinuehit auster.
 Sed borea de parte trucidis velut aggere ab alto
 Prospiciens superi^h subiecto verticis axe,
 Intentusque procul specie, vaga brachia Cepheus
 Exerit, & iⁱ seuam pelagi monet adfore pestem.
^k Illa tamen versa in fluuium postrema profundo,
 Tingitur ab spina capiti que proxima summo est,
 Vndique succedens Cepheus, & vericem & vlnas
 Mersatur patulus. Quin & l^l tum Scorpium acer
 Nascitur oceano, quicquid per sidera, aquarum
 Ad speciem Eridanus pater expuit, abditur alta
 Tethye, & occidui tegitur Padus aquore ponti.
 Scorpium ingentem perterritat Oriona,
 Proserpens pelago. vetus, o Latonia virgo,
 Fabula, nec nostro struimus mendacia versu
^m Prima, neque obduri compegi germinis: etas
 Prima dedit populis. cactus mos mentis acerba,
 Immodicusque furor sceleris penetraveras æstro
 Impia corda viri: tabuerunt dira medullis

^a cum surgunt.

^b Hic, & iste de eodem, vt supra notaui.

^c hoc est Sagittarius. Germanicus: Belligeri Titæ. magnum cum contigit arcum.

^d sursum.

^e Restituo memorantia.

^f Et qua Centauro.

^g Supra diximus.

^h fortè: subiecto.

ⁱ Theon ad Aratum: ποιημένης, ἡ φασὶν αὐτὴν εἶναι τὴν κροτάλην χείρα, ὡς ἴσται παρὰ κροτάλην τὴν πικρὴν (malè legitur τὴν πικρὴν) ἀκρότατον τὸ πικρὸν.

^k Illa tamen versa in fluuium postrema profundo Tingitur.

Fluuium pro mari dixit, vt & alibi.

^l cum Ità legendum.

^m Locus mutilus, & corruptus.

a ut pro hanc legendum.

b Suprà:

Huc falcata Chij reperunt cornua
Monstru.

c sunt hac contermina laesis Semper
Numinibus.

d Lege:

Nec minus Andromeda quicquid vo-
litabat in aethra.

Et si quid Pistris reliquum conuexa
ferebant,

Hoc oriente ruunt.

Occidunt residua Andromedæ, & Pi-
stris. Pistris est Genitrix.

e — reliquū Polus aſt à littora verſat
Semper in occidentum.

Cætera Cephei ſunt à dō.

f Deformemque trahit procul in vada
caca ruinam.

Prona caput, ſolaque, & ſolio veſti-
gia ab alto

Suſtollit miſeranda ſuperquantit, &c.

Sola ſunt veſtigia, vnde illud nullius
vngquam Trita ſolo.

g matrem Nimirum Caſſiopeam.

h — tamen altera Mundus
ſufficit.

Sufficit, & vnguis Maro. Atq. aliam
ex aliâ generando ſuffice prolem.

i Hydra.

k Fortè in ollis hoc eſt in illis, manu
& membris: in illis enim eſt Fera.

l Lege ſuadente Arateo ſenſu:

— Arcu redeunte per aethram
Protollit incipiunt: reliquum Serpen-
tis & artus

Anguinentis item fert primis flucti-
bus Arcus.

Amborum capita, & palmas gemi-
nas Ophiuchi, &c.

m Scorpius Oceano ſurgens agit: at Pe-
de Nixi,

Pede Nixus eſt à cō ybraon.

n tunc quia ſunc præceſſit.

Protinus in mediis incendiis: plurimus ardor
Pectore ſtagranit, tevet improbus ille, proccaque
Te dea, te dura valuit contingere dextra
Cum ſacrata Chij nemora & frondentia lateribus
Brachia lucorum, cum ſilua colla comasque
Deuota tibi met, manus impia demolita eſt.
Audax a haud facinus donum foret Oenopioni:
Digna ſed immodico merces ſtetit illicet auſu.
Nam dea nubiferi perrumpens viſcera montis,
Dirum antris animal ſeuos vomit hoſtis in artus.
Ergo vt b falcatis monſtrum petit Oriona
Morſibus, & totas in membra ferocia chelas
Intulit, ille mali poenas luit. iſta furori
Præmia debentur, c ſunt hac commercia laeſis
Semper numinibus. metus hic, metus acer in aſtro
Permanet, & primo cum Scorpius editur ortu,
Orion trepido terra petit extima curſu.
Nec minus Andromeda quicquid volitabit in aethra;
Et ſi quid Piſtræ reliquum conuexa vehebant,
Hoc oriente ruunt: omnes procul in vada terror
Ingerit, & cunctos pauor vnus in aquora cogit.
Cepheus ipſe caput, diſtentaque brachia vaſto
Induitur ponto: tellurem cingula radunt
Extima, & oceano merſantur pectera rauco
Sola ſenis, f reliquum polus aſt à littore verſat.
Semper in occiduo genitrix quoque Caſſiopeia
Sidera præcipiti ſequitur labentia nate,
g Deformemque trahit procul in vada caca ruinam,
Prona caputque ſolo, ſolio veſtigia ab alto
Suſtollit miſeranda: ſuperquantit ira furorque,
Doridos & Pauopes poſt ſata nouiſſima h matrum:
Ac memor has poenas dolor exigit. omnia fluctus
Hac ſimul occiduos ſubeunt. h tamen altera in vnda
Sufficit, inque vicem lapſorum multa reportat.
Tempore nanque iſto relique ſe ſerta Corona
Expediunt pelago, poſtremique agminis i Hydram
Erigitur caudam: caput, & turgentia membra
Centauris ex ſuperant: manus efferit dextera prædam
Siluarum, nam prima ſera veſtigia k mollis,
Arcum ſera manent: l Arcu redeunte per aethram
Protulit, incipiunt reliquum Serpentis & artus
Anguinentis: item fert primis fluctibus Arcus
Amborum capita, & primis geminas Ophiuchi.
Ac primam vtili ſpiram Serpentis Eoo
m Scorpius oceano ſurgens agit. at pede Nixi,
Quem procul auerſum ſemper ſalis altera mittunt
Tunc artus medij, n tum pectora vaſta humerisque,
Dexteraque

Dexteraque vlnarum spumosi gurgitis astitit
 Procedunt. Pariter caput & manus altera porro,
 Tota sagittiferi cum vibrant astra, feruntur.
 Mercurialis item Lyra voluitur, altaque Cepheus
 Cardine sustollens vestigia gurgite nondum
 Pectora liber agit, sed pectora mersus in vnda,
 Plaustra Lycaoniae pulsat pede de super Vrsa.
 Tempore non alio magni Canis ignea cedunt
 Sidera: protentum freta iam procul Oriona
 Hauserunt pelago, toto Lepus occidit astro.
 Tum quoque & oceano fugientem Sirius urget.
 Sed non Aurigam, cum gurgitis ille profundi
^a Ima petit, pedibus Capra mox, Haedive sequuntur:
 Ista polo rutilant, illum vada lunda condunt.
 Haec membris discreta aliis, existantiaque alie
 Laeum humerum & summa sese attollentia palma
 Cernuntur, donec labenti congrada soli,
 Sidere deuexo freta late cerula turbent.
^b N A N Q V E manum Aurigae, reliquum cel-
 sumque cornu
 Vericis, & dorso qua spina attollitur alto,
 Deprimat hirsuti sidus surgens Capricorni.
 Membra Sagittigero cedunt postrema reuecto,
 Iam non alatus remoratur sidera Perseus
 Aëris in spaciis, ^a neque clauum vendicat Argo.
 Alluione sato Perseus pede denique dextero,
 Atque genu libero, mersatur cetera ponto.
 Argo quod curuis puppini superat trahit oris,
 Tingitur, & duro tingit vada cerula dorso.
 Ipsa dehinc manet exortum ^b Cilicis Capricorni.
 Totaque cum pelago caelo descendit ab alto,
 Equora ^c cum Procyon, gressum sectatus heridens,
 Intrat, & oceano permutat celsa profundo.
 Haec habet occidui plaga gurgitis, ista sonoro
 Supprimat vnda salo, rursum procul erigit athra
 Cycnum, Aquilamq. Iouis, surgunt flammata Sagitta
 Sidera, perque notum ^d rutila tum numinis Ara,
 Delphinum ^e paruas promit Capricornus in auras.
^f E T matutino cum surgit Aquarius orbe,
 Os Equus atque pedes nouus exerit: ecce cadentis
 Parte poli trahit occiduum nex atra sub equor
 Centaurum cauda, sed non caput, aut humerorum
 Vasta simul recipit: persiluit pectore celso
 Cornipedis species, & calum vertice fulcit, albaq. uul
 Ora dehinc Serpens, & prima volumina tantum
 Conditur: ingentis late tamen agmina cauda
 Pone trahit: subit ista ^g solum, ^h subit aquora rursus

Stic lupis: Or Equus, atque pedes
 illa par Athra
 Sidera, perque notum

^a Ima petit pedibus, Ita distinguo.
 Ima petit pedibus, Ita distinguo.

^b Namque manum Aurigae reliquam,
 reliquam Aratus.

^a neque clauum vendicat Argo.
 Alluione sato, Perseus pede denique
 dextero.

^b Atque genu libero, mersatur cetera
 ponto.
 Ita supra: Pectora liber, & vestigia
 liber.

^c tingit. Indicare videtur Argo tingit
 eam partem, qua puppis attrahitur: Re-
 mulcum Isidoro; & dorsum, quod su-
 pra tergum dixit, tergumque incurus
 remulco, &c.

^d hoc est hirsuti, ut eum alibi nomi-
 nat. Graeci κιδίης, & κιδίης vocant
 omne hirsutum, vnde κιδίης σπυγγίης
 & κιδίης τρέγγης, & Cilicia vela.

^e tum.

^f iterum tum legendum.
 rutila cum Numinis Ara.

^g patulas melius.
 Forte Sed. Scriptum fuit Sed: deinde
 litera prima, ut fieri solet, omissa.

^h vide an malis salum.
 subit aquora rursus,

Integer Oceani cum se Centaurus in
 in vnda
 Icceris.

a Sic supra: Os Equus, atque pedes
exerit

b — ille per Austrum
Piscis item, plantâ quæ pulcher Aqua-
rius urget,

c Paulatim recauo redeunt Maris,
aurea calo

Postquam adolent Pisces incendia, de-
nique Pisces

Cum rutilant, munda dextram hæc
attollitur vlnam.

Recauo maris, τὸ καὶ τὸ ἔωκον.
Adolere dixit suo more, pro vrere: vt
Maro: Verberasque adole pingues. &
Adolet cum altaria tadis. Varro: Quam
intestina adolensent.

d at cetera.
e melius falso, quanquam & illud to-
lerari possit.

f an Tauro freta pelleret adsurgente.
Hoc vna calum subit integer: haud
super vlla

Viscera: nascentis neque Tauri dese-
rit astra.

Vltima respondent illis Arateis & ὄψ
αὐτῶν Ἀείν. Ἰαυτὸν ἄστρον. Hoc vna Gra-
co more αὐτῶν, Aratus Cui τὸ. Vi-
scera, suo more vocat Amienas, mēbra.
Scruius ad illud Æneidos: quælsaque
viscera montis, Viscera, hoc est partes,
haud super Hellenismus, pro supersunt.
Græci dicerent ἰδὲνα μίγν ἄστρον pro m-
εγνῆ, ἰδὲνα, vt ἔσ. pro ἰδὲνα, ἄστρον,
pro ἰδὲνα, & similia translatō accentu.

g Surgentes Gemini. Tauro Capra,
plantaque leua;

Atque hodi euadunt: tum primum
rursus ab vndis

Cetosa in superum referuntur viscera
calum.

Hic iterum viscera sunt μίγν, ἰδὲνα.

h fortè: nec adhuc membra extima
sorbet.

i Quid ni nascentis suspectat nauita
Ponto

Agmina prima Padi calo tum feruere
aperto,

Et ita deinceps: malim etiam suspectet,
quod huic interrogationi est aptius na-
scentis Padi hoc est, oriantis, nisi malis
scandentis per transpositionem; ἰδὲνα
enim hoc loco dixit Aratus.

Integer oceanus, cum se Centaurus in vndis
Iecerit, atque noua vibrarint fidere Pisces.

Hic in summa poli surgentibus, ille per austrum

Piscis item planta, quem pulcher Aquarius urget,

Redditur, haud tota tamen hic se corpore promit:

Sed manet alterius venientis tempora signi:

Parte latet, partem supera in conuexa sonoris

Fluctibus absoluit pelagi: sic brachia mæsta

Andromeda, sic trura dehinc humerique nitentes

c Paulatim recauo redeunt maris aurea calo.

Postquam adolent Pisces incendia, denique Pisces

Cum rutilant, mundo dextram hæc attollet in vlnam,

Lauaque virginei rursum se corporis edunt.

PHRIKEI & postquam pecoris proruperit ortus,

Australem hic Aries Aram procul admouet vndis.

Gurgitis occidui: qua lux redit, excitat idem

Persea proceri sustollere verticis astra,

Et claros fulgere humeros: d at cetera nondum

Sunt exempta solo, quin totum hoc inuida veri

Natura ambigua rerum ratione reliquit.

Extimam an reliquos Aries produceret artus:

Perseos, f an Tauro freta pelleret adsurgente

Hoc vna calum, subit integer haud ipse vlla

Viscera, nascentis noua Tauri deserit astra.

Quippe huius flaminis Aurige sidus inharet:

Nec tamen hunc totum sustollit Taurus in athram:

Aurigam falsis euoluunt fluctibus omnem

g Surgentes Gemini, Tauro, Capra, plantaque leua

Nempe hodi euadit, cum primum rursus ab vndis

Cetosa in superum referuntur viscera calum.

Nam cauda & crista rigor arduus aëra celsum

Tunc repetunt, diri cum sidera gurgite monstri

Voluit præcipitis teres inclinatio mundi,

Eminus ingentem condit pars prima Booten.

Quattuor hic etenim signis surgentibus altum

Vix penetrat pelagus, neque summa totus ab athra

Labitur Arcturus, manus olli quippe sinistra

Iuge manet, celsisque super subducitur Vrsis.

AT cum iam pedibus repetit fluctus Ophiuchus,

Vt genua oceanus vasto procul aquore condat,

Signum erit Eoa Geminos procedere parte:

Nec lateri Pistrix cuiquam vicina videtur,

Sed iam tota super sustollitur: expuit atram

Iam pelagiaspecie, nec adhuc tamè extima sorbet,

i Quid ne nascentis suspectat nauita ponto

Agmina prima Padi celo tum feruere aperto

Vicinaque faces rutili manet Orionis,

Curricula vt solers vero mox indice discat
 Certa tenebrarum, positique fideliter astro
 Explorare notos, & tuto carbasa ponto ?
 Credo, ni desit ^a magnorum congrua cura,
 Prompta via est ipso cognoscere talia semper
 Praeceptore Ioue, ^b & calo tibi signa magistri
 Omnia ducentur: monet alta Iuppiter aethra
 Singula nos, facilis veram dedit arbiter artem,
 Ne tempestatum primordia ceca laterent.

PROGNOSTICA.

NONNE vides primum cum Phæbe in cornua
 surgit

Tenuia, & angusto lumen iacit ore per aethram,
 Decedente die, pronoque ab tramite solis,
 Promat vt ^c ingressus solers tibi tempora mensis ?
 Nanque facem quarti sibi met profitebitur ignis,
 Corpora cum ^d primum perfundens lumine nostra,
 In subiecta soli tenuem porrexit umbram.
 Ast orbis medijs si cedat Cynthia ^e formam,
 Octauos ortus, octauaque plaustra docebit.
 Denique cum toto dea iam surrexerit ore,
 Integer vt magni resplendeat ambitus orbis,
 Effluxisse sibi medijs iam tempora mensis,
 Monstrabit calo: pleni cum rursus egeat
 Oris eat, tanto procedens lumine formæ,
 Inserit aeris quantum dea nubibus ^f ignes,
 Esse senescentis sibi met ^g dispendia mensis
 Illa docet, quibus in rutili confinia fratris
 Tertia vix mundo superest via: cum minus autem
 Umbrarum excludis, sunt tales quattuor ortus
 Marcentis Luna, quales sub mense renato
 Quattuor exsurgunt languentis luminis, umbras
 Atque his octonas includunt ordine luces.
 Interiectorum numerum quoque nasse dierum
 Prompta via est, proprio semper dea proditur ore,
 Scandat quanta polum, quoties remone iugales
 Strinxerit, & quanto iam tramite liquerit vndas.
 At decedentis postrema crepuscula noctis,
 Bis sex signa tibi qua versat signifer orbis
^h Monstrabunt cursu: nam Phæbus singula mutat,
 Semper & alterno succedit in omnia lapsu,
 Conficiens iter aetherium: nunc igneus istud
 Astrum adolet flammis, alij nunc aurea Titan
 Lumina miscetur, vel cum deuexis in vndas
 Labitur, & rebus formam absumpsere tenebrae:

^a Helienisimus, pro cura congrua re-
 dit magnis

^b — & calo tibi signa magistro
 Omnia ducentur.
 aut

————— de calo tibi signa magistro
 Omnia ducentur.
 Infra habemus: certa hoc ducentur si-
 gna magistro

^c malim ingressi ad Erythraea iugales: Infra
 Ingressus erit plene tibi nuntius
 mensis.

^d malim primo perfundens lumine,
 et omni dæmonidra] avy Arato.

^e Lege forma. Sæpe in Avieno accu-
 satius positus pro ablauuo, inde puto,
 quod scribæ eodem signo circumfle-
 xum accentum, qui ablatiuis adiungi-
 tur, & literam in designarent, hoc mo-
 do formæ.

^f ignem: nam respondet rō quantum.

^g Ita Horatius: Damna tamen coeletes
 reparant caelestia Luna.

^h Monstrabunt: cursu nam Phæbus
 singula mutat
 Semper.

^a Hæc voce hoc significatu alibi quoque vitur:

^b Hæc nos sic emendauimus:

Nam qui Solem hyberna nouem putat æthere volui,

Vt Luna spacium redeat vetus Harpalus ipsam

Ocyus in sedes, momentaque prisca reducit.

Illius ad numeros prolixa decennia rursus

Adiecisse Meton Cecropæ dicitur arte:

Insedisque animis, tenuit rem Græcia solers

Protinus, & longos inuentam misit in annos.

Inueni hæc eo modo citata, & optimè explicata in diuino Opere diuini viri de Emendatione Temporum. Græciam solertem dici alibi diximus.

^c Hic Aratea nõ satis intellexit Auicenus, vt ex nostris ad Aratum annotationibus liquet. Animaduertendum hic exordia ab anno dici pro exordia anni, vt fulgar ab auro. Simili phrasi etiamnum Belgæ, & Galli vtuntur.

^d Locus corruptus: conilio emendandum:

Hoc ex fonte velut deduxit tempore Lana

Nauita, quo longum, &c.

Ex Metoncis Parapegmatis deriuantur *αὐριώδης*.

^e hoc est, tanquam conditio die rediens. Ita Srata sacra dicuntur, & status dies cum hoste Ciceroni, & Plauto.

^f *ἀντιῶν*, Græcum est, & littoralem significat. Virgilius:

Amphion Dircaus in Actæo Aracyntho.

Caue enim Atticum intellexeris. Napi Aracynthus nullus in Attica.

^g *Εὐρίτῃ* implacabilis.

^h Vide ad malis tibi dixerit. Sed alteram lectionem ego probo, vt sit sensus *harror sali, quem Astrum sibi comitem dixerat pelago adfore*. Rectè dixit *harrorera* *ἀστρὸς* comitem *οὐρανὸν*.

ⁱ Hellenismus ἡμεῖς ἀπὸ τῆς γῆς γινώσκουσι: licebis cognoscere.

Vel matutino redit incunabula linquens

Cum pelago, & rebus suffudit luce colores.

Sic diuersa diem comitantur sidera semper.

Non ego nunc longo redeuntia sidera motu

In prisca memorem sedes, habet ista priorum

Pagina, & incerta rerum ratione feruntur.

^b Nam que Solem hiberna nouem putat æthere volui,

Vt Luna spacium redeat, vetus Harpalus ipsam

Ocyus in sedes monumentaque prisca reducit.

Illius ad numeros prolixa decennia rursus

Adiecisse Meton Cecropia dicitur arte,

Insedisque animis, tenuit rem Græcia solers,

Protinus & longos inuentum misit in annos.

^c Sed primaeva Meton exordia sumpsit ab anno,

Torreret rutilo cum Phœbus sidere Cancrum,

Cingula cum veheret pelagus procul Orionis,

Et cum caruleo flagraret Sirius astro.

^d Hoc vi fons est, vnde & duxit tempore Lana

Nauita, quo longum facili rate curreret aquor,

Æquora ruris amans, telluri sarra parenti

Crederet: ingenti petat hæc indagine semper,

Seu qui vela salo, seu qui dat semina terra.

Nec mora discendi, breuis hic labor, & breue tempus

Poscitur: innumeros habet autem industria fructus.

Vtilitas te certa manet, prænoscere motus

Si libet ærios, & tempestatibus ipsis

Edere principium: te primum sponte procellis

Arcebis rabidis, te rursus principe fluctus.

Vitabunt alij, si certis singula signis

Tempora discernas. nam mundi cardine verso,

^e *Vt stata rancisoni redit indignatio ponti.*

Sape etenim quanquam tranquilla noctis amictu

Mitia protenti requiescant terga profundi,

Doctus securam subducit ab aquore classem

Nauita, & Actæa retinet statione phaselum,

Cum matutina præsensit signa procellæ.

Nanque alias celo, cura tertia lumina Phœbus

Exerit, ille saltè fuit implicabilis horror,

Adfore quem pelago comitem sibi dixerat astrum:

Crebro quinta debinc lux commouet Amphitriten:

Sape inopina mali clades ruit, omnia certis

Indiciis tibi Luna dabit, seu lucis vtrinque

Cæsa facem, seu cum teretem concrescit in orbem.

Sol quoque venturas aperit tibi sæpe procellas,

Sidera producens, & cum sale sidera condit.

Nec minus ex aliis aderit cognoscere motus

Æquoris, & magnos cali callere tumultus,

Quos det certa dies, quæ longi tempora mensis,
Astrorumque vice & mundi ratione trahantur.

Aëris immadidum quiddam tellure creatum
Spiramenta vomunt, vis hoc cum fundit in auras
Venarum, occulte patulo pratexitur agro
In subiectum oculis, terramque supernatat omnem,
Multaq. materies, quam cum calor ignicomantum
Hansit stellarum, superas subducit in auras,
Et concreta diu compingit nubila mundo.

Si minor hæc madidi substantia cespit ab imo
Subrigitur, tenues nebula caligine fusa
Tenduntur calo: vis autem sicior olli
Cum fuit, in celeres dissoluit vndique ventos,
Vicinumque sibi flabris dominantibus vltro
Aëra propellit: si maior protinus humor
Consurrexit humo, pluuias quoque nubila fundunt,
Et pluuiis late calor est pater. hic super imbres
Exprimit, & ducta feruentis vt obice mundi
Respuit humorem: si molles, magna vtriusque
Occurset sibi met velut obuia, cominus agris
Compulsa aërio fragor intonat, amplaque late
Murmura discurrunt pariter crepitantibus auris.

Hic insiliens item, diuersorumque per æthram
Sepe superna furens, illisos fulguris ignes
Excludit, rutilis rotamque volantibus æthram
Præstringit flammis: & calum sulfure odorat.
Omnibus hu genitrix tellus, & cespit ab imo
Ducuntur superi motus: ipsa ignea mundi
Lamina flammigero Phœbus remoue coruscans.
Et quæ noctiuagos attollit Luna iugales,
His peperere malis exordia. nanque deorsum
Mouit humum cum sorte calor, laxata repente
Spiramenta soli venas procul, altaque pandunt
Viscera telluris: bibit immo terra calorem
Desuper, & madidum tepesactus cespis anhelat.
Aëris hos motus, rabiemque volubilis vnda,
Flabra procellarum, mundani tramitis iras,
Præsentire deceet. cape solers singula mente,
Præceptisque virum sitientia pectora pande.

CYNTHIA cum primū calo noua cornua promit,
Cautus vtrinq; deam circumspecte: nanque reuolue
Nequaquam semper sinitis lux imbuis ortum:
Sed species diuersa trahit, varioque notatur
Formarum primi cum surgit luminis igne,
Tertia cum rutilat, cum maior sideris æthram
Scandit, & aërias quarta face luminat oras,
Ingredientis erit plene tibi nuuicia mensis.

qui longi tempore mensis.

Physica disputatio ex Philosophis, & Arati Scholasticis: non ex Arato. Immadidum verò dicit, non τὸ ἀνομογεν, sed τὸ ἐνομογεν.

In subiectum oculis ἀνομογενῶν τῶν ἐνομογενῶν. Admodū Græcislat Avien.
materia est.

Nubium, & nebularum eadem materia, ἀνομογενῶν ἢ ἐνομογενῶν. Sed nubium materia copiosior. Nebula est ὀμίχλη. Ομίχλη Peripateticis ἡ ἀνομογενῆς. Si verò humor sit maximus sit pluuia.

dissoluitur. Venti sunt οὐρανὸν ἀνομογενῶν, ἢ ἐνομογενῶν καὶ ἀνομογενῶν.

hic super imbres

Exprimit: eductum feruoris at obice Mundus

Respuit humorem.

Calor attrahit pluuiæ materiam: sed cælum attractam ob feruoris sui obstaculum, & frigoris illius deprimat. Aristoteles: ἀνομογενῆς ἢ ἐνομογενῆς ἀπὸ τοῦ τῶν ἐνομογενῶν ἀνομογενῶν, καὶ πάλιν ἐνομογενῶν ἀνομογενῶν ἀπὸ τοῦ τῶν ἐνομογενῶν ἀνομογενῶν ἀνομογενῶν.

si moles magna vtriusque

Occurset sibi met velut obuia cominus agris

Compulsa aërio fragor intonat,

Tonitrua & fulmina ex Lucretij sententia sunt ex occurso ἀνομογενῶν, καὶ ἀνομογενῶν: Ait ille:

Præterea Tonitrua quatiuntur carula cali

Propterea, quia concurrunt sublime volantes

Ætheris nubes contra pugnantes ventis.

diuersorumque per æthra

Sapè superna furor.

vario formarum pro variis formis

Mayor sideris vt infra Luminis crasser,

vt Græci καυάλας ἢ ἡρᾶς, nimirum ἡρᾶς καὶ ἡρᾶς.

^a Hæc castigato si tertia fulserit ortu,
Pura sit ut fœdus ab sordibus, adfore
dicet

Clara serena diu.

Serena substantiue, & hic & alibi sumit. Diximus ad Martianum Capellam.

^b Percussi tenuem. Apud Aratū φῶς ἀμυλώδης ἔξωρον interpretatus est Auicenus cum Theone οὐκίας πύμαρον.

^c imò Noto. Non rectè hic Auicenus Aratum interpretatur.

^a premie.

^c Tertia si rursus protollens Cynthia curru

Sit subrepta faces, & acumina tenta coruscans.

Tenta, ut alibi tenta volumina cōpar.

^s Aratus nihil de Noto.

^a ——— atque coruscans.
Cornibus immodicè præstantibus exserit ignes,
Tu prolixa salum ciet,

^b Næque hoc urgeri sese asserit, atque grauari.
Indice rursus eo venit Notus,
Hoc nempe Aquilone.

^b — inque reclinem
Sponte habitum pandi;

^a ora.

^b hæc scilicet Tempestas.
^m desideratur hic cum quod liquet ex sequentibus seu cum teres. Vide utrum legendum sit. Cum Dea: Dea est Luna, ut Deus supra Sol. Antea dixit:

— atque Dea conuoluit circulus ora

^a fissa: Est autè οὐρανὸς ἡνὶ οὐρανῶν.

Induavit qualem. Similia errata alibi obseruauit.

^a Hanc Lunam.

^a Ipsa monitore ὀφθαλμῶν, nisi malis: Hunc perpende oculis, ipso monitore dixerim, &c.

ut ad colorem Lunæ referamus.

^a Quartæve, sustollat medios dum Cynthia vultus

Durabunt calo:

^a Hæc castigato si tertia fulserit ortu,
Pura sit, ut fœdus ab sordibus adfore dices.
Clara, serena diu. tenui surrexerit autem
Si faco, & ignito suppinxerit ora rubore,
Turbida certantes conuerrent aquora cauri:
Luminis ista dehinc si crassior, atque retusus
Cornibus ingreditur, si quarti sideris ortu

^b Percussi ut tenuem prætendat corporis umbram,
Imbribus aut ^c zephyris hebetabitur, arguet vltro
Flabra noti, aut pluuias. nam crassus de super aër
Cornua caca ^d premens, notus vuidus aëra cogit.

^c Tertia si rursus protollat Cynthia curru,
Sic subrepta faces & acumina tenta coruscans,
Ut nec curua quasi declinet cornua, nec tum
Fusa supinatum diducat lumen in auras,
Occiduo Zephyrum prædicet surgere mundo,
^e Aut Lybia de parte notum. sin quattuor autem
Cynthia curriculis calum subit, ^e atque coruscis
Cornibus immodicè præstantibus vsserit ignes,
Vix prolixa salum ciet, ocyus omnia cauri
Marmora conuoluent, fera verrent flabra profundum,
Istius in Boream quod se sustollit acumen,
Si curuum specie velut annuat, adfore calo
Sæua procellosi prædicet flabra aquilonis.

^b Næque hoc urgeri sese adserit, hocque grauari
Indice: rursus eo veniet notus, hanc vbi partem
Pone supinari conspexeris, ^a inque reclinem
Sponte habitum: pandi nam subrigit auster acumens
Inferiore plaga. si Lunam tertium ortus
Proferat, atque dea conuoluit circulus ^a ora,
Suffusus rutilo, mox tempestate sonora
Spumosum late pelagus canescere cernes.
Maior & ^a hac rauci versabit gurgitis vndas,
Ipsa quoque immodicè si vultum Luna rubescat.

CONTEMPLATOR item. seu plenū luminis orbem

^m Cynthia distendit, seu cum teres ambitus olli
Ceditur, & media velut indiga lucis, vtrinque
Sustinet obducta sibi met dispendia forma,
Cornua prima replens, & cornua ^m fessa dehiscens

^a Induit, & qualem procedens ore colorem.

^b Hinc perpende oculis, ipso monitore dierum
Signa tene, ac totum discerne in tempora mensum.
Non vnum depensa diem tibi signa loquuntur,
Nec vulgo in cunctis adsunt præcepta diebus.

Sed qua signa nouo dederit nox tertia motu,

^a Quartæve sustollat medios dum Cynthia vultus,

Durabunt calo: medioque edixerit ore,

ignos

Ignes in plenos: hinc in dispendia rursus
 Altera, pronisa signantur tempora Luna,
 Illa dehinc donec germani luminis ignis
 Accedat Phœbe, mensis postrema notabunt.
^a Hoc quod protento vehit ingens mundus inani,
 Aëra nomen habet: quod spirat cessante tellus,
 Nubila dicuntur: calum super aula deorum,
^b Aëra compactum conuoluitur. hic sua certis
 Sunt loca numinibus: borealis verticis alta
 Regia Saturni: qua sicior annus anhelat,
 Aëtatibus rutilo, calida stat Iuppiter æthra:
 Immodicus terram qua de super ignis adurit,
 Gradino incolitur ^c brumalis pulsus habenas
 Qua Solis redigit, pulchro Venus ^d obtinet astro.
 Ast ubi demerso latet ater circulus orbe,
 Cessit Mercurio locus imbrifer: ^e hic super amplas
 Quinque tenens Zonas, certo via feruida Solis
^f Limite decurrit, cum Lunam nubila propter,
 Exhalantis humi qua spiramenta madescent
 Imma, vehunt cali, luxit dum frustra frequenter,
 Desuper in nubes rutilantis lampade Luna,
 Pascitur humore, & varias dea lumine formas.
 Exprimit incerto: sic crebro denique Phœbo
 Nubibus ambiri cum subsint nubila, Luna
 Creditur, hanc quoties includere circulus ergo
 Spectatur, proprio succedunt ordine signa:
 Ille alias trino ^g cum voluit tramite Lunam,
 Et ^h geminis plerunque meat, solet vnicus idem
 Cingere. Si simplex circumuersabitur orbis,
 Signa procellarum certissima, signa sereni
 Praferet: ⁱ abruptus subito prænunciat euros:
 Marcescens tenui sensim caligine, & æthra
 Digestus patula, docet vndis adfore pacem.
 Si duo se Luna circumfudere, repente
 Maxima vis pontum, vis verret maxima terras,
^k Maioresque dehinc agitabunt stagna procella.
 Si trinus rutilum constrinxerit ambitus orbem,
 Et magis immodica formidine sauiet auster,
 Zonarum teter fuerit si tractus in æthra,
 Denique disrumpant si sese cingula Luna,
 Vltima tempestas ^l ruct imi gurgitis æstum.
SOLIS quinetiam, Solis tibi cura videndi
 Sit patior, Solem melius prænisa sequuntur,
 Astrorumque duci monstrata tenacius herent:
 Sive illa occiduas vergat decliuus in vndas,
 Sive se luciferis reparabilis exerat oris.
 Istius ingentes radij, caliginis atrum,

Hic Avienus rursum facit περιλά-
 σιν αὐτολογίας ἐπιτομήν. Vt enim ostendat
 Lunam nubibus esse proximam singu-
 lis Planetis suos locos assignat. Sed
 Poëtice magis, quàm Astronomicè,
 Circulo enim Arctico Saturnum, Tro-
 pico Cancræ Iouem, Equinoctiali Mar-
 com, Tropico Capricorni Venere, Mar-
 tantico circulo Mercurium impo-
 nit: cum tamen hi circuli omnibus
 sequè sint communes.

^b Aëri compactum.

^c ἢ ἀπαιρῖν τὸ πῦρ. alibi diximus.

^d supple locum: aut lege obnitit, aut
 pulchram Venus obtinet astron.

^e has. Soli omnes Zonas ascribit.

^f Limite decurrit. Tum Lunam nubila
 propter,

Exhalantis humi qua spiramenta
 madescent,

Imma vehunt cali. Lux it dum fusa
 frequenter

Desuper in nubes rutilantis lampade
 Luna

Pascitur humore, & varias Dea lu-
 mine formas

Exprimit incerto: sic crebro denique
 Phœbe

Nubibus ambiri, cum subsint nubila
 Luna,

Creditur.

Aut τὴν ἄλλαν esse ἢ τὴν ἑαυτῆς ὑπόστασιν, ἢ
 ἢ τὴν μεταβολὴν, ἀλλὰ τὴν ἑαυτῆς ἰσχυράσιν.
 Nimirum lucem Lunæ in nubes de-
 scendentem circulum talem nobis of-
 ferre. Græcorū nonnulli ita definiunt.
 ἄλλαν ἴσιν ὑπερῶν ἢ ἀέρος ἰσχυράσιν, καὶ
 παχίον ὄντος, φασὶν ὅτι φῶς κινδύου-
 δὲς ἀπὸ τῆς ἀπὸ τῆς ἑαυτῆς οὐρανίου
 πύλης.

^g conuoluit.

^h geminus.

ⁱ Aristoteles: αἱ πρὸς Ἄστρου ἰσχυρὰ ἢ ἄλλο
 σημεῖον πρὸς ἀμφοτέρω, αἱ ἢ πρὸς ἑαυτῆς ἀδιδῶν.

Vide Aratum.

^k Distingue:

Maioresque dehinc agitabunt stagna
 procella,

Si trinus rutilum constrinxerit am-
 bitus orbem:

^l eruct: vt & alias:

^a Lumine dispiciunt, cum per chaos
umbriferum vis

Flammae peruasit, cum se per noctis
amictus

Inserit aëria fulgor facis: ille calore
Pigra mouet: stimulat rutilis torpen-
tia flammis:

Sol sopita animat: Sol dura obstacu-
la primus

Curru adamanteo referat pater.

Noctis amictum videtur iuxta. Pro aë-
ria malleum aetheria.

^b obitcem dixit pro obstaculo, vt su-
pra obitce Mundus, &c.

^c libenter hoc vocabulo vitur Auic-
nus: Bis, terre in hoc opusculo.

^d Conuexa currere, hoc est cælum.

Sæpe Auicenus conuexa vocat cælum.

Currere cælum alibi quoque dixit, vt
Græci τρέχει τὸ σάδιον.

^e Legit astro.

^f Sed non ora cano similis, medioq; re-
cedens
Ore quasi.

Comparisonis notam postposuit, vt
Græcus Poëta λόγι ἀσ.

^g Ac Borean.

^h melius reparata luce.

ⁱ Distingue incendia Solis.

^k labentem melius.

nebulos.

malim hec.

melius Sic.

Et nebulosarum tractus piccos tenebrarum

^a Lumine dispiciunt, cum per chaos umbriferum vis

Flammae peruasit, cum semper noctis amictus

Inserit aëria fulgor facis: ille colore

Pigra mouet, simulat rutilis torpentia flammis

Sol sopita animet, Sol dura obstacula primus

Curru adamanteo referat pater, efflua Phœbus

Ignem inhibet, Phœbus radiis densata relaxat.

At cum flammigeri cedit vis inclita Solis

Lucis egens, crasseque deus latet^b obice nubis,

Et calo & pelago magnos ait adfore motus.

Non hic cum primos eduget gurgite vultus,

Ceu^c picturato diuersos ore colores

Proferat: haud etenim tali tibi Sole reuolto,

Mittit iam calis fas expectare serena.

Et si tranquillo^d conuexa cucurrerit^e austra,

Indideritque facem ponto deus integer, atra

Nube carens, purusque coma, & splendens orbe,

Conuenit eorum faciem præsumere lucis.

^f Sed non ora cano similis medioque recedens

Orbe, quasi vel si radios distinguitur vitro,

Figat vt australem porrecto sidere partem,

^g Aut boreæ rigidi iaculetur luminis igne,

Et vento & pluuiis^h reparata in luce carebit.

Denique per flamas procul atq; incendia, Solis

Ipsa dei cedunt blandi si lumina, solers

Tende oculos, certa hoc ducentur signa magistro

Et ne sanguineus late rubor induat ora,

Qualia protractu vaga nubila sæpe rubescunt:

Aut ne^k labenti piccus color abdat amictu

Lampada, quare diu, si tetro crassior orbe est,

Vuescet pluuiis tellus, instataque celsus

Aggeres deuictis superabunt flumina ripas.

Ignea si fulgor præcurrit plurimus ora,

Flamina crebra salis quatient vada, flumina terras

Conuerrent omnes, & duri stabra aquilonis,

Silvarumque comas, & celsa cacumina flectent.

Vis simul amborum si vultum Solis oberret,

Cuncta noti quatient. imbres procul arua rigabunt.

Ecce alias primo nascentis Solis in ortu,

Vel cum præcipites pelago deus inserit ignes,

Vt coeunt radij^l nebuloso: cætera quippe

Pars Hyperionis rutilat facis, hicque comarum

Vis confusa micans mundo sua lumina præstat:

^m Hic globus ater item lucentia nubila cogit,

Nonnunquam crasso nebularum tectus amictu,

In conuexa rodit, tum calo rursus aperto

Cum ruit, opposita vultum caligine condit:
 Omnibus his signis in terram defluit imber
 Plurimus. Interdum tenuis prauertere nubes
 Visa deum. ^a hac celeris si præsurrexerit ortum,
 Ipseque pone sequens radorum luce carere
 Cernatur, nimbis ingentibus arua maderunt.
 At matutini si Phœbum ^b in littoris acta
 Maiorem solito produxerit, atque per æthram
 Marcenti similis defluerit extimus orbis,
 Alta dehinc scandens minuatur igniferum Sol,
 Pura serena aderunt: ^c nanque olli gurgitis ær
 Crassior in modicum surgens diffuderat orbem.
 Et iam si tenero sustollens tramite cali
 Oblitum iusti iubar attrahit, hic quoque magnis
 Cum madefacta die sub tempestatibus horret
 Pallidus hora cadens promittit pura serena:
 Displosis etenim per apertam nubibus æthram
 Ora laboranti similis languentia pallet:
 Et disiectarum moles late nebularum
 Indicat exuti faciem clarescere mundi.
 Quin nascente die venturos conuenit imbres
 Noscere; cum proni procul ad conspina cali
 Deferri piceo spectaris nubila tractu,
 Et cum declinant radij se partem in vtranque.
 Lucis in occasu, nox vt ferat algida rores,
 Imber erit. Pura si Phœbus condit habenas,
 Et ^a Calpetano tranquillam gurgite lumen
 Tingat, ac in lapsu nubes ignita sequatur,
 Noxque diesque dehinc venturi rursus ^e eoi
 Nimborum expertes ^f & tempestatibus atris
 Durabunt. Sed cum radius marcentibus ardor
 Languet, & in tenui tenduntur acumine frustra
 Phœbei crines, nimbos aget atra procella.
 Talis & obducti cernetur forma diei,
 Qualem fraternos subtexens Luna iugales
 Lucem hebetat: subit hac ^g superi sacra lumina Solis
 Inferior. mediaque ^h inter stans lampadis orbe
 Arcet flammigera radium facia: ⁱ aut tibi rursus
 Cum matutinos molitur lucifer ortus,
^k Ebria sanguinea subuoluant vellera nubes.
 Nanque grauis calo fundetur protinus imber.
 NEC si Sole procul rutila inter ^l stagna morante
 Emineant radij, radios quoque crassior vmbra
 Contegat, ille dies pluuuis ventoque carebit.
 Quin erit imber item, si Solem circulus ater
 Ambiat exortum: maior se denique nimbus
 Urgebit calo, maior sola perluet ^m imber:

^a hac celeris si præsurrexerit ortum.

^b Vox in delenda. Acta, ætræ. Est recti casus.

^c — nanque olli gurgitis ær
 Crassior immodicum surgens diffuderat orbem:

Et iam se tenero sustollens tramite cali

Oblitum iusti iubar attrahit. Hic quoque magnis

Cum madefacta dies sub tempestatibus horret,

Pallidus ora cadens, promittit pura serena.

Vbique subintelligendus nominatiuus Sol.

^a supra in vada Calpetana. Versus præcedenti condit non condit legendum.

^e Suprà diximus.

^f Fortè sine tempestatibus atris.

^g hoc est superioris. Dixi ad Capellam.

^h interstans vno verbo.

ⁱ haus.

^k Ita supra Ebriam lanam dixit.

^l Ita supra quoque Oceanum vocat Maro:

Emissamque hyemem scasis Neptunus, & imis

Stagna refusa vadis.

^m Pro coli nota comma reponendam. colligunt enim sequentia.

Circum-

hoc est amplexa. Ita Graeci usurpant *μῆτρῶν*. Sed vide an non legendum sit: *Atque imitata Dei formam. Deus, ut se alibi admonuimus, Sol est.*

^b Tollenda distinctionis nota.

^c *ἀρξίνος* pro *duos*. Alibi diximus.

^d auferat.

^e malum *αἰθρῶν*, ut ad ignem referatur.

^f Nescio an rectè Austrum ex Æthiopia deducat. Nam Æthiopes sunt in Orientali plaga, & in Occidentali: Non in Meridionali.

^g lucens.

^h *Ingens*. Rectè Schythiæ Borean ascribit: Idque visitatum.

ⁱ *vesonans*. Ita alibi:

Si matusino Fringuilla resultat ab ore

Item: *cornix longana resultat.*
Diximus ad Martianum.

^k conuertit.

^l *Stellarumque comas rumpi procul, aethere celso*

Decidere in terras.

^m Virgilium imitatur de eadem re loquentem.

*Circumsufa adeo si singula nescia solui
Seruarent tetra speciem torpentia molis.*

*S A P E etiam Phæbo nubes percussa rube scit,
Et^o meditata dei formam, procul igne recepto
Concipit effugiem, simulato luminis orbe.
Id qua parte poli spectaueris, adfore ab ipsa
Parte tene ventos: tamen hac tamen omnia semper
Decedente die melius ventura docebunt.*

*C O N V E N I T hic etiam paruum Præsepe notare:
Id nubi nomen qua Cancro obuoluitur alto:^b
Gracia docta dedit:^c duo propter denique Asellos
Suspice, quorum alius Septem vicina trioni
Astra adolet, tepidum procul alter spectat in austrum.
In medio quod nube quasi concreuit adacta,
Id Præsepe vocant, porro hoc Præsepe repente
Si sese ex oculis procul^d auferet, ardeat autem
Congruus^e aëriis late rubor ignis Asellis,
Nequaquam tenues agitant stagna procella,
At si sideribus similis lux duret, & illi
Tetra sit effigies, cadet altis nubibus imber
Lenior, & parco mox tellus rore madebit:
Sed borea si parte trucus velut indiga iusta
Stella facis, lento marcescere cernitur igne,
Et procul alterius iuba late flagrat Aselli,
Protinus^f Æthiopum surget conuallibus auster:
At regione noti si^g lucem stella senescat,
^h Signis Riphæis aquilo crepitabit ab oris.*

*Q V I N & terrenis cape rebus certa frequentes
Signa procellarum: nam cum traxere tumorem
Æquora prolixum, cum litore curuaⁱ resultant
Sponte procul, neque caruleus colliditur astus:
Aut cum proceris vertex in montibus vltro
Perstrepit aërium, ventos instare docebunt.*

*E T cum parua fulix trepido petit arua volatu,
Stagna sinens, longa sique iterat clauore querelas,
Indicat insanis freta mox canescere ventis.
Denique cum calo tenduntur pura serena,
Seutura polo sunt flamina, primus in ipsa
Mox picturati^k conuertit pectoris artus
Sturnus edax, premat ut tenues vis obuia plumas,
Et ne post tergum pateat penetrabilis euro.*

*L A T I P E D E M Q V E anatem cernes excedere ponto
Sapius, & summa nebulam se tendere rupe:
Iamque super latices florum volitare senectam;
^l Stellarumque comas rumpi procul aethere celso,
Decidere in terras, rutilarum spargere crines
Flammarum, & longos a tergo ducere tractus:
Inde*

Inde etiam ventos mox adfore pramonet vsus.

QVOD si diuersis se passim partibus ignes
Excitant, verret pelagus sine fine modoque
Turba procellarum, si duri limite ab Euri,
Si regione Noti, si lenis parte Fauoni,
Aut de Bisthonio mundi procul axe coruscat.

SI repetunt^a veterem rana per stagna querelam,
Vellera si celo volitent, si discolor Iris
Demittat gemino se fornice, circulus albam
Si stellam teret velut ambiat, aquora propter
Si crepitent volucres, si gurgite sapsus alto
Pectora mersentur, si crebro garrula hirundo
Stagna adeat, rutila cum^b sint primordia lucis:
Si matutinas^c vlula dant carmine voces,
Improba si cornix caput altis inserit vndis,
Flumine terga rigans, si sauit gutture rauco,
Plurimus abruptis fundetur nubibus imber.

IMBER erit, totis cum bucula naribus aurae
Concipit: & late pluuiis sola cuncta madaebunt,
Cum proprias solers sedos formica relinquens,
Oua cauis offert penetratibus, aspera quippe
Tempestat, gelidusque dies, & frigidus ather,
^d Inserit internis terrarum redditus astus,
Pectora cum curuo purgat gallinula rostro.

AGMINE cum denso circumuolitare videtur
Graculus, & tenui cum stridunt gutture corui,
Cum procera salum repetit clangore frequenti
Ardea: cum parua desigunt spicula musca,
Et si nocturnis ardentibus vndique testis,
^e Concresecunt fungi, si flammis emicet ignis
Effluus, aut lucis substantia langueat vitro,
^f Conuenit instantes pranoscere protinus imbres.

^g Denique cum patulum torrens Vulcanus ahenum,
Scintillas flamma circumlabente reliquit.

SI Notus humentis Libyco trahit aethere nubes,
^h Si nimum ad montem nebularam crassus amictus
Tendatur, summo nudentur vertice saxa:
Et qua pontus itam freta per distenta quiescit,
Nubila si longo se procumbentia tractu
Diffundunt calo, & Thetidi terrisqueⁱ supinis
Pax aderit, nusquam mundo ruet effluus imber.

SED cum tranquillo tendantur crassa serena
Sub Ioue, ventura pranoscere signa procellae
Conuenit: & rursum cum perfurit aeris horror,
Inspice quam referant terris pelagoque quietem.
Incer prima tamen paruum Praesepe notatur,
Arduns excelso quod Cancer cardine voluit.

^a Virgilium iterum imitatur, qui ait:
Et veterem in limo rana cicinere que-
relam.

Alludere vterque videtur ad fabulam
quae apud Ouid. recitatur lib. vi. Met.
de rusticis à Latona irranas mutatis.

^b malim sume.

^c ἀλαλόνος vlulas transfert. Astipu-
lari videtur Isidorus: *Plula niois ἀλάλσον*.
Nos nostram opinionem
Plinij & Aristotelis opinione confir-
matam alibi attulimus.

^d Inserit internis terrarum redditus
astus.

^e Pectora cum curuo purgat gallinula
rostro.

^f Agmine cum, &c.

Nam Paragraphus voci *Pectora* est ap-
ponendus. Monendus vero est lector
Auenum multa hic vt & alibi, Aratea
omisisse.

^g Concresecunt.

^h oportet: *επιπέσει*.

ⁱ Hic ponenda Paragraphi nota, &
colon post reliquis. Sed & legendum
relinquit.

^h Sine nimum ad montem.

ⁱ Copula haec delenda.

^k *supinis* v. l. & Graecè, hoc est quie-
ta, *ἀντιστοιχία*.

* patet hoc in flabra Aquilonis

Cominus,

^b In Manuscripto Germanici in quo pauci aliquot Auieni versus leguntur hinc & inde consarcinati, legitur proprio. Lege proprium, ut ad carmentefertur.

^c In Manuscripto melius ouantes.

^d Legendum calo. Et ita Manuscript.

* Lege retundit. Suprà: aciem quibus aurea Luna retundit. Et ita hic quoque Manuscriptus.

^f Manuscriptus rectè sig. Hyperbaton est. Sic enim hæc construenda: si nubila ferri, superfundiq; sibimet suspexeris. Distinguendum quoque ad hunc modum puto.

Sig. superfundi sibimet suspexeris, ultro.

Gramina si carpit semesa potacius anser,

* Non conuenit huic loco Paragraphi nota: Est enim Ἀγρία οὐρα. Distinctio quoque post τὸ canit tollenda.

^a Ab hic ἄλλοι λέγουσι. Dicit enim debuerat ore. Simpliciter, sepumo (ut Grammatici volunt) casu.

ⁱ Ima petit Terra, si denique paruus Erithus

Succedit trepidus serupose, concava rupis,

Cecropias si pastus apes vicinus ad ipsa

Castra inhibet.

Scrupsosa ut Madaurensis agrum scruposum.

* nec sese audacibus aethra

Committunt pinnis,

^h ἢ οὐραλοφλοῦ. Suprà tenuia quippe

^m ἢ ἢ ἀπὸ χνίος.

ⁿ Verus inuiculus. Suppleo:

Quid maiora canam? Cinis en, cinis ipse repente.

^o crassa.

^p Marcessit positus. Pluuios mox arguet Austros,

Induit immodicis cum semet floribus illex.

Parenthesis quoq; sequens tolli potest.

Hoc, cum concretus tenuari caperet aër,
Discentit imposta late sibi molis amictum.
Nanque sereniferi^a patet hoc in flabra Aquilonis,
Cum minus & primo purgatur flamine venti
Tempore, tum^b propior modulatur noctua carmen,
Tum vespertinum cornix longæua resultat,
Tum corui crepitant. &^c ouantia gutture rauco
Agmina crebra vocant, tum nota cubilia lati
Succedunt pariter, tum pennis corpora plaudunt.

Tunc & Strymonias circumuolitare repente
Suspicias per aperta grues, ubi mitior annus
Sponte procellosum dissecerit aëra^d celi.

Tunc quoque cum stellis hebes est lux omnibus ultro,
Nubila nec crassos circumduxere meatus,
Ut iubar occulcerent flagrantibus obuia flammis:

Nec caligo inhibet rutilantis lampados ignes,

Orbe nec expleto sacra sidera Luna^e recondit:

Sed iam sponte sua stellarum lumina marcent,

Conuenit hiberna prænoscere signa procelle.

Nubila si calo consistere, nubila ferri,

^f Si qua superfundi sibimet suspexeris ultros
Gramina si carpit semesa potacius anser:

^g Si nocturna tibi cornix canit, hesperus aethra

Cum redit, innumero si cantu graculus instat,

Si matutino fringilla resultat^h ab ore,

Si fugiunt volucres raptim freta turbida Nerei,

Orchilos infestus si floricomis hymenæis

ⁱ Ima petit, terra si denique paruus Erithus.

Succedit trepida serupose concava rupis,

Cecropias si pastus apes vicinus ad ipsa

Castra inhibet, florumque simul libamina mactis

Proxima decerpunt: si Threicia per aperta

Sponte grues trepidant, nec sese audacibus aethra

Committant, pinnis ut longos saepe volatus

Formauerunt super: si saluti aranea casses,

^j Tenuia si toto vehit Austros^k licia calo.

Mox tempestates, & nubila terra ciantur.

^l Quid? maiora canam: cinis, cinis ipse repente.

Cum coit, albenti nix terras vestis amictu,

Nix aperit terras, rutilis ubi lumina prunis

Summa rubent, errantque breui caligine^m crassa

Interius nebula, & denso iam fames in igni

ⁿ Marcescit positus, pluuios mox arguet Austros.

INDUIT immodicis cum semet floribus illex:

(Indiga nam succi ligno natura rigenti est)

Et cum flore nouo, cum brachia glande grauantur

Vuentis cali sub nutrimenta latentex

Sponte

* Sponte operata docet. quin & lentiscus amara,
Indicium est pluvii: ter factum concipit arbos,
Terque novos generis fructus alit: ipsaque trino
Flöre renidescens tria tempora prodit arandi.
Ter prorumpentis scilla teres erigitur flos,
Sulcandique solum ter monstrat tempus adesse.

SIC & crabronum rauca agmina, si volitare
Fine sub autumnu conspexeris aethere longo,
Iam vespertinus primo cum commouet ortus
Vergiliis pelago, dicas instare procellas.
Sique sup̄ lente, si lana sedula nutrit,
Si capra dumosis errans in saltibus, vltro
In Venerem pergat: (quippe ollis vitidus aer
Excitat internum per viscera mota furorem.)
Et tempestates & nubila protinus atra
Adfore praecipies: quin & gaudebit arater,
Quique solum iustus versabit mensibus anni,
Plebe grauum prima: gaudebit tardus arator
Agrine pigrarum: sic quadam lege deorum
His comes est imber. Pecudes si denique terram
Lanigeræ fodiant, caput aut tendatur in arcton,
Cum madidus per marmora turbida condit
Pleiadas occasus, cum bruma in frigora cedit
Frigifer autumnus, ruet aethra concitus imber.
At ne perruptis terrarum dorsa lacunis
Infodiant pecudes: si vasto viscera hiatus
Discutiant terra, veniet via aethere toto
Dira procellarum, nix omnes vestiet agros,
Nix herbas laedit teneras, nix vret aristas.
At si contigerit plures ardere cometas,
Inualidas segetes torrebit siccor aer.
Nam quæ prorumpunt natura legibus vltro
Spiramenta soli, si iustus defuit humor,
Arida per calum surgentia desuper aethra
Ignefcunt flammis, mundi que impulsa calore
Excutiunt stellas. & crebro crine rubescunt.

CONTEMPLATOR item, si longo plurima ponto
Agmina festinant volucrum, & solidamque frequentes
Succedunt terram, sterilis desauet aestus,
Ac sitient agri: nam qua circumflua tellus
Adluitur pelago, coquit altam siccor aer
Cespitis arentis ventis, citiusque calorem
Sentit humus, sic cincta salo: fuga protinus ergo
Est auium in terras: pauet hos vt viderit aestus
Agricola, & sicco iam deslet mergite culmos.
Sed si tum modico producant agmina ab vndis,
Nec trepido passim versant conuexa volatu,
Latitia est auris pastoribus, adfore parcos

* Sponte, & vltro & multa alia Auic-
no aduersus. Operata docet Græca
Phrasis: ita Virgilius: sensit medios de-
lapsus in hostes. Itaque sub nutrimenta
antiquè pro sub nutrimentis. Fortè
tamen legendum:

Vrentis cali sibi nutrimenta latenter
Sponte parata docet.

^b primo pelago vt supra fore primis
fluctibus Arcus.

* Parent hesis hic à nobis est addita.
Innumera talia tum in hoc, tum in aliis
authoribus cum silentio solitus sum
emendare: quod ne in aliis faciam, me
non laudis cupido, sed metus temerita-
tis deterret. Itaque grauiora facio com-
munis iudicij.

^c caput at tendatur in Arcton.

* Versus hic, vt aliquot alij in Auiceno,
mutulus est. Fortè legendum: Cum ma-
didus tendam, &c.

* Obiter hic pauca de Cometarum
ortu. Confer cum Philosophis, & Ma-
nilio.

* solidam vocat continentem, vltro
in vltro.

^h succincta salo: Hoc ex Plutarchi
opinione est, qui ait *ἔνεργος τὰς ἄλλας*
ἔνεργος τὸ ἕρπον. Fortè idè quia In-
sula sublimiores esse solent: Vnde dixit
Auicenus, coquit altam siccor aer.

ⁱ supra. Tunc succisa Ceres statim
cum mergit culmi.

^k Sed si tum modicum producant
agmen ab vndis.

^l versant conuexa. Conuexa, hoc est
caelum, vt alibi ostendimus.

^m Non cepit hic Arati mentem.

Praesumunt imbres: sic in contraria semper
 Vota homines agimur, nostrique cupidine fructus
 Poscimus alterius dispendia: denique & ipsa
 Solers natura, & rerum genitabilis ordo,
 Certa suis studiis adfixit signa futuri.

NAMQUE & ovis cupido si gramina tondeat ore
 Insaturata cibi, decerpens latius agros,
 Pastor id iudicium pluuiialis frigoris edet.
 Et si persultans aries lasciuinis herbas
 Adpetit, aut sese sustollant saltibus hœdi:
 Vel si iuge gregi cupiant herere, nec vsquam
 Matribus abscedant, & si sine fine modoque
 Pabula delibent, cum tutas vesper adire
 Compellat caulas, monstrabunt adfore nimbos.

BYBVS arator item trahit atra signa procella,
 Lambere si lingua prima hos vestigia forte
 Viderit, aut dextrum prostertere corpus in armum.
 Vel si prolixis auras mugitibus implent,
 Pasqua linquentes vix vespere. dat capra moti
 Rursum signa poli, cum spinis ilicis atra
 Multa iabiat. docet hæc eadem sus horrida, cæno
 Gurgitis illuue si sapius inuoluatur.

^a Forte latius quia Aratus lusum exprimit.

^b Adpetit.

^c Ita supra manus olli quippe sinistra Iuga manet. Plautus dixit Iugiter.

^d sua horrida cæno,

alias coniecimus cum stridit: quod si verum est repetendum, & P. rous Præmonet. Fortè commonstrant. Scriptum fuit antiquè cum-mustrans. Post eâ literæ, quæ deesse videbatur iniectæ.

^e Frequens Avieno huiusmodi repetitio: Suprà cinis & cinis. Item: tamen hæc, tamen omnia semper.

^f malim omnia rerum & yvinaqs nqa-ypvva.

^g malim sunt.

^h si confluxere reperta. Ex repetitis literis error natus.

ⁱ Nequaquam trepidare pudor persuadeat vllus.

^k em stella vno hinc.

^l non rectè intellexit Aratum. Nam Aratus non dicit ex signorum concordia terminos quoque observandos. Sed terminos quoque observandos. Decepit Avienum vox ambigua pēgēzē.

^m In Manuscripto Germanici in quo hic locus Avieni est affertur legitur, Perquire studio Imperatiue. Redde: Sequitur enim memento. Græco autem more, quem plerumque sequitur, produxit breuem in fine vocis ob sequentes consonas, ut supra, si verat mea coniectura, simile status. Virgilius dicit tela scanda die muret.

MARTIVS ipse lupus villarum proxima oberrans,
 Affectansque locos hominum, lectumque laremque
 Sponte petens, crasso consurgere nubila celo
 Præmonet. Id parui cum stringunt denique mures,
 Cum gestire solo, cum ludere forte videntur:
 Portendit tibi met canis id præsentia multam
 Tellurem fodiens. tamen hæc tamen omnia rerum
 Adfore vel primo nimbos max sole docebunt,
 Vel cum curriculum lux ibit cepta secundis,
 Tertius aut verso cum venerit ortus Olympo.

NON spernenda tibi sint talia, sed memor vni
 Adde aliud semper: si tertia denique signa
 Proueniant, firmo venturum pectore sare:

Et transactorum solers componere mensum
 Signa laborabis: si sic fluxere reperta,

ⁿ Nequaquam trepidare pudor persuadeat vllus.

^o Astrorum lapsus, astrorum protinus ortus

Discute, si casus similes & stella per aethram
 Prodidit, ^m exacti iam summa crepuscula mensis.

Et surgentis item primordia, conscias artis
 Fare sacræ mensum confinia summa dierum.

Caca latent: lucas hæc semper semet in octo
 Inscia lunaris tendunt facis: ipse fideli

^p Perquires studio: & si quid tibi forte repertum,
 Pluribus iudiciis solers sateire memento.

FRAGMENTVM
PROGNOSTICORVM
GERMANICI CÆSARIS.

123 *Supra Fragmentum*
M. V. H. e. Cod. M. H.
Inhibentur in Catal.
Mitt. Reg. Madrit. p. 208.
29. Prodmittitur à in
eodem Codicis fragmentum aliud v. 51. continetur
ibid. Inhibentur p. 205.

Æ THERIVM venit thalamum super imbris atrum,
Et tonitru, crebraque abscondit grandine terras.

Temperat in Geminis annum, nec crede sereno,
Nubila nec diuturna putes cum sidere Cancri
Fons erit ardentis, tamen hoc in littore certum
Flagrantis placide lucens hic temperat annum.
Cum posuit sedem Nemeæis finibus astrum,
Virgineque ☽ Libra, semper pendentia tantum
Nubila continua magis in statione manebunt.
Nunc quoque nulla fides caelum cum Scorpion acer
Stat super: incerta namque omnia lege feruntur:
Heu quantis terras tum Iuppiter ignibus omnes
Obruet, aut glomerata cadet quam densa per astra
Immitis grando caelo, quam saepe sonabit,
Cum spatium attigerit tendentis singulaque ignis,
Non terris imbres, ponto non flamina deerunt,
Et caeli terret sonitus mortalia corda,
Cum sedem Egoceri Cithereius attigit ignis.
Horridus at gelidos portendit Aquarius ignes,
Hibernaeque cadunt pluvia, concretaque grando.
Piscibus à geminis sub prima recurrerit astra.
Hesperus, hac tibi signa feret, cum lucifer ora
Ingreditur Venus alma polum: sed ubi Hesperus ignes
Prouocat aethrios, ☽ noctem ducere terris
Incipit, exoriens ecce haec Citherea mouebit.
Vere caueo imbres, ☽ fulmina culmine ab alto,
Phryxeum rutilo pecus irradiaverit astro
Nubila, commixtusque fragor pluuiialibus undis,
Flaminaque assiduo terris tum stantia pulsu.

E caelo diri deiecti grandinis ictus,
 Vere magis nitido Tauri cum sidere fulsit.
 Appota Geminis eadem constantia praestat,
 Cum dederit soles, inducit nubila caelo:
 Nubila cum fuerint, subitos mirabere soles:
 Et modo te vento gelido, modo protinus imber
 Lucens alterna superabit nube serena.
 Sin leuis ingressa est spaciosi sidera Cancri,
 Pacem mundus habet, non nulli corpore soles
 Pestiferi incendunt, non sidera densa solutos
 Astringunt artus: alieno tempore lenis
 Omnia pacato tum sidere temperat aër.
 Ac rapidis idem ne solibus aestuet orbis.
 Efficient magni conspectu signa Leonis.
 Virgine erunt pluuia, plerique in nube fragores,
 Concaua quos reddunt incluso nubila vento.
 Detrahit autumno pluuias, eademque repellit,
 Nubibus assiduus, caelumque ob frigora prima,
 Extremum autumnii superent glacialia terra.
 Scorpios at raris ne quis caua terra grauetur,
 Horrebit pluuis: ad diros omnia nimbos,
 Continuosque ruit, cum per sinuosa tenetur
 Cornua Centauri rapida distincta sagitta.
 Egoceros imbres, & crebo lumine ruptos
 Nubibus elidet sonitus, tremuloque nitore
 Flagrantis teli mortalia numina vincens.
 Hac eadem fundens praedicit Aquarius imbrem.
 Extremis seuis maria increbrescere ventis,
 Ostendunt Pisces Veneris quos stella notarit.
 Et quoniam certis exstat via cognita signis,
 Accipe quid moueat mundo Cyllenius ignis,
 Si modo Phœbei flammam euaserit axis,
 Matutina ferens solitos per sidera cursus.
 Cum pecudum villis auratum fulserit astrum,

Ventorumque graues & dira grandinis ira,
 Non intermisso patienti tempore surgent.
 Quin pluias alias etiam in regione notabis
 Affore non omni: nanque est tunc imber in aruis.
 Ast ubi se Taurus sinuatis cornibus effert,
 Grandine significat. Geminis tranquilla sereni
 Et placidum nautis spondet calumque fretumque,
 Nubila atque imbres, æstus ac frigora miscet.
 Certior ardor erit, quamuis iubet aura Fauoni,
 Cum vasti calida radiabit sede Leonis.
 Tempa sed ætherei simul ac possederit ignis,
 Omnia mixta feret, pluias meditabitur ingens,
 Undique grando venit, rumpuntur culmina nimbis.
 Centauri attigerit cum iam Cylleus arcus,
 Aut ubi consurgit Capricornus & ipse biformis,
 Aut subitò calo deducet crebrius imbres,
 Fulminis aut iactu magnum perumpit Olympum.
 Nulla serenato Capricornus nubila calo
 Comparat, aut gelidos flatus, calique fragores,
 Non alio melius signo prædicere possis.
 Piscibus hæc eadem quamuis cognoscere fas sit,
 Quandoquidem exoritur mundo Cylleus ignis.
 Quid faceret primum modo cum lumine Solis,
 Tempus & occasus moneat quoque discere Phœbi.
 Ver erit hibernis totum execrabile nimbis,
 Et crebro tonitru iunget florentia rura.
 Spesque nouæ segetis quatiuntur grandinis ictu,
 Uretur calum, magni cum regna tonantis
 Ingrediens pecudis ingreditur aurea terga,
 Hinc & Agenorei stellantia cornua Tauri,
 Quidue ferant Gemini, rapido quid sidere Cancer.
 Si penitus quæras: Taurum seuire videbis,
 Grandine nec contra ferri ratione probanda,
 Aut Cancro, aut Geminis: calidus vestigia seruat.

128 FRAG. PROG. CERMANSI CAESARIS.

Hic quo dicta Leo, seuis que caloribus ardet.

Flatus at Geminis miscet tranquilla serenis,

Spiciferaque manu tendenti liber a nutu

Dissentit diuæ: sed ut hæc ventura serena

Nunciat, & ventis cessat mare, cessat & aër,

Scorpios in pluias rarus, sed nubibus atris

Creber agit nimbos: & sua tonitrus portat,

Clara Sagittiferi tetigit cum lamina signi.

Egocero semper calo leuis excidit imber.

Frigidus at rapidis horrebit Aquarius Euris,

Brumalesque dabit pluias, atque igne perenni

Cum sonitu quatiet nubes secur a laboris,

Non frustrans animum certo me limite ducat.

Hæc eadem tibi signa dabunt non irrita Pisces.

FINIS.

p. 124. f. in MSS. scilicet. De quibus p. i. Germanici, post prognos-
tica Germanici, haec adscripta leguntur, quae ex aptis ultimis
unde derivata sunt nepos.

Una via est Solis bipennis lucida signis.
Hac de sagittis Thob. per idem Cytomus Cytheris ignis,
Tertius iter per idem conigatus vertice Mawry,
Mercuriusque ceter reges, coloque venenius
Jupiter & Ipsi Saturnus lumine haurus.
Omnibus his gemini notis: quorum alter ab Ipsi
Nasitur, & proprios ostendit sidere nigris.
Tum mundum subeunt lento pede. comites alter
Quintus aspit, & colli circumnotat orbem
Annus Sol mediis. Designat postera tempora. Thob.
Mentura. Namque anno Polus remane videtur
Moverit unde suus cuoque per signa volentis.
Hoc praecipit patris brevis est citatio orbem.
Magna expletur Thob. contenta diebus.
Annus est venenius corpus. neque laudior illa
Mercurius. binoq. Ga adivis proficit orbis.
Defunt XIII vetusq.

Ex Avieno

Festis Avienus. Tempore tum prognos modulatus Noctua carmen.
Tum vesperitimum coenae longeva repulsa.
Tum coeni crepibant. & osantibus guttura saues
Mymina caecae vocant. tum nota cubilia lati
Fruedunt pariter. tum genis corpora plaudunt.
Tum & Adrimonia circumvolitant repulsa
proata arata supplicis per arata ubi quies, ubi mitior annus
Sponte pascalogum dijaceat aera celo
Tum quoque cum stellis leby est lux omnibus, ultra
Nubilat, nec crassos circumdaxant meatibus
Ut jubat avissent fraxantibus obvia flammis
Nec caligo inhibet antilantibus lampadibus ignis
Orbi nec expleto sacra sidera aera retundit
Sed jam fronte sua stellarum lumine marcent.
Comitit hiberna paduoceni signa procelly.
Nubila si celo consistere, nubila fensu
figue superfundit fitimet supereripit ultra
Tramina si caput fomen sa petraeius angus

G. ve

fi

si nocturna tibi coena canit. Heppery ethra
Cum redit, in numeros si cantu graue, ingrat.
si matutina si qua quilla resultat ab ore
si fugiant volucres rapti fore a turbida Neq. Nisi
sponte graue seepidant, nec sepe audacibus ethra
Committunt pennis, ut longos sepe volatus
Non semperary & nubila latra ciuntur.
Lapsum lappij. astroorum protinus ortu
Desquirit studio: & si quid sibi forte repertum
Pluribus iudicium solus fulcia memento.

capitula
frata
grues

deserunt
in fine



Algor. Taur. 19. Azab. 11.
Hacra. Scorpio. 36.
Zad. Asomali. Chela. 36.
Alzor. Leo. 42.
Alph. As. 19. 19. 19.
Elham. As. 50.
Alor. Vlt. 54.
Alor. Callus. 55.
Sin. 14. Sin. 14. 14. 14. 14.
Alta. Aquila. 60.
~~Alor. 19. 19. 19.~~
Jorab. Cor. 70.

aut v
ut s
et i
na



te ve
s ed
ar
in

59

